



I, 79.



I, 79.



















ERN. CASIMIRI WASSERBACH. JCTI.  
*De Statua illustri*  
HARMINY LIBERATORIS OLIM GERMANIAE  
*vulgo*  
HERMIENSUEL  
*Dissertatio Curiosa*  
*Semgaviae Typis Henrici Wilh. Meyeri*  
*Anno 1698.*



ERN. CASIMIRI WASSERBACH,

JCti

DISSERTATIO

De

STATUA ILLUSTRARI

HARMINII,

Liberatoris Germaniæ,

vulgò

HIERMENSUL,

cum subjectâ appendice

De Statura HARMINII, WITTE-  
KINDI & KAROLI MAGNI.

Ex

*Diversis veterum auctorum monumentis,  
ad illustrandum Veteris Germaniæ historiam  
eruta ac concinnata.*



LEMGOVIÆ, Typis

HENR. WILHELMI MEYERI,

Anno M DC XCVIII.



*Salust. in Bello Jugurthin.*

Sæpe audivi Civitatis nostræ præclaros  
Viros dicere solitos, cum majorum  
imagines intuerentur, vehementer  
sibi animum ad virtuten accendi.




*Tacit. Annal. lib. 2.*

Caniturque Germanas apud Gentes.







ILLUSTRISSIMIS ac GENEROSISSIMIS  
COMITIBUS ac DOMINIS

Dn. CASIMIRO,

&

D. RUDOLPHO,

Filio patri simillimo, ac successori in Re-  
gimine exoptatissimo

*Dominis ac Nobilibus Dominis de Lippia &c.*

*Dominis meis Clementissimis,*

Felicitatem perpetuam!



Udet iterum mea Dissertatio de  
Herminsulâ Comites Illustris-  
simi, vestra sibi Illustria, utpote  
sub quibus primū conspexit lu-  
cem, nomina inscribere, freta non suâ nec  
auctoris dignitate, sed mandati vestri auto-  
ritate, cum per literas olim clementissimas  
ac elegantes non semel in juventute me, ad  
excolendum historiarum ac antiquitatis  
studium, adhortari voluistis, quas quoties  
inspexi, per vestra ora Romana, Lippiam pa-  
triam nostram compensare posse existima-

A 4


vi,






vi, quicquid cum *Q. Varo* & tribus Legionibus Latinis non procul Teutoburgensi saltu, in illa cum nobilitate Romana occubuerit: Quare Illustrissimi Comites non solum quod spero veniam dabitis calamo nostro rudi, verum etiam benigno vultu suscipietis dissertationem hanc, de Statuâ enim illustri liberatoris Germaniæ *HARMINII* vestri illa agit, à quo si non sanguinem, tamen insigne gentilitium, quod in ejus Clypeo fulget, *ROSAM* rubram possidetis, quique Romanae Tyrannidis assertores *Q. Varum* & tot legiones quarum sepulchris in hunc diem non procul Teutoburgensi saltu triumphamus, in nostrâ patriâ trucidavit, victricesque illorum aquilas, utrumque solem per mensas rapuit, imo celeberrimis Campis nostris, ubi par Deorum potentiae fastigium, Victrix inquam Roma solo supina jacuit, nomine glorioso *Winfeld* signavit. Verum quanta-cunque hæc sunt, ut certè maxima sunt, majus tamen est quod in inclytis terris vestris cum Regnum affectaret, Castrum posuerit, adhuc hodie accolis *Harmiensburg* dictum, ubi & postea ejus statua erecta in monte, quem cum gloria & ostentatione, ab annis plus millenis sexcentenis habuimus conspicuum, publicum, ad quem non minus æternum hocce decus. Germaniæ *Harminius*






noſter, quam vos heroum traduces & in-  
columitatem nobis tranquillitatem, felici-  
tatem, imo ſplendorem atque gloriam pepe-  
riſtis, ad quem non ſolum ego, qui non procul  
ab illo vitalem ac libertatis hanc auram  
hauiſi, ſed atavus, avus, parens meus qui  
partim à Conſiliis veſtris, partim in præ-  
fecturis veſtris iſtis concreditis per ſeculum  
vigilarunt, nec ſolum illi, verū & nobiſcum  
tot ſubjecti, Roſæ Lippienſis ſuavitatem,  
benignitatem, gratiam incomparabilem,  
veſtramque imprimis Clementiam experti,  
quam & ignorat nemo, hinc eſt quod omnes  
boni cives, vos ferant in oculis, & pro ſa-  
lute veſtrâ, vota nuncupent indefeſſa, ve-  
rum injuria eſſet paucis illa dicere, aut po-  
tius dicendo deterere velle, inhereant po-  
tius, inherebuntque mihi per omnem vi-  
tam tenaciſſime recordationes illorum:  
Accipite igitur Illuſtriſſimi Comites folia  
hec, qua ſoletis gratia, que ſi non referen-  
da ſaltem prædicanda gratia declarant a-  
nimi mei voluntatem, nec unquam mihi  
deero, quam diu aliud præſtare non poſſum,  
qui in calamo meo hunc ipſum in vos animum  
pleniffimum pietatis oſtendam, perficiam-  
que ut me in omni loco memorem gratum-  
que eſſe, cognoſcatis: Si igitur eo animo ſu-  
ſcipiatis hæc, quo vobis humilime obſe-





rimus, nullus dubito quin oblata etiam contra livorem æmulatorum defendatis, forte Harminii immortale nomen, decus ac virtus Generosos illos spiritus vobis Generosissimis Comitibus, à majoribus vestris infusos, magis excitabunt ad æmulationem, quæ vobis & posteritati seræ salutaris & gloriosa & nunc & olim erit, illustre sane est illud Alexandri M. qui maternum genus ab Achillo repetebat, cum jam adversus Persas suscepto bello in Sygeum ubi Achillis Monumentum erat, perventus, quod Statuam Achillis coronasset, fortunatumque pronunciasset quod ipsi præconium ab Homero relictum fuisset; ast multo Illustrius vobis, Illustrissimi Comites, erit, si vos sicuti Harminius patriæ vestræ, id est locorum, in quibus cum dignitate & potestate, res, fortunasque vestras fixas ac fundatas habetis, vindex fuerit acerrimus, ita vicissim quæ ad Harminii laudes, æterna tropæa gloriam, ac immortale nomen spectat, vindicare, protegere, defendere pergatis, ad quæ Illustrissimi Comites ut alacriores esse possitis, Hæc ex Cicerone notate. Quod omnibus qui gloriam patriæ conservaverint, adjuverint, auxerint, certus ac definitus in cælo locus sit, ubi beati ævo sempiterno fruantur, sed ad hæc quod intimis  
su-





*suspiriis à Divino Numine efflagito, non  
nisi sero redeatis, eatis, ut tantum patriæ  
prodesse & gloriæ, superaddere possitis,  
quantum inclytæ virtutes vestre, & nostra  
vota pollicentur, Valetè Patriæ Patres  
Illustrissimi, & me ulterius benevolentiam  
vestram prosequi non desinite: Data in ve-  
tusto vestro Bardorum pago Iphis Kal. Ja-  
nuarii M DC XCVIII. quem auspiciatum,  
qui aperitur, annum, vos annare, pluri-  
mos deinceps perennare fruique faciat fe-  
licitate temporum, summa rerum.*



**Excell. vest:**

**in æternum**

*cultor devotissimus ac humilimus*

**Ern. Cas. Wasserbach.**






## Antiquitatum cultoribus salutem.




Os enim compellare animus est, reliquos in præsentia non alloquor, qui præter recentes haleces nil admirantur, qui injuriam novis fieri existimant, si antiqua revocentur, imo more suo inutile ac fabulosum vocant, quicquid ipsi non intelligunt, quum ipsi in studia quæstiosa tantum profusi, ea sola laudibus efferunt ad quæ illos seu fors, seu natura, seu studiorum quædam ratio pertraxit, reliqua fastuose despiciunt, ast ut illi antiquitatem rident, ita ipsi futurâ ridentur ætate: Vos vero Candidi antiquitatum cultores, quos hujus dissertationis mihi opto Lectores, facile intelligitis quod nil utilius, jucundiusve quam in antiquitatum monumentis spectare Majorum res domi militiaeque præclarâ gestas, quæ quod miremur quodque imitemur luculenter habent, sic si historicis fides habenda, quicquid penè gentium quâ patet orbis, ipsimet Ægyptii, Græci, Romani, Indi, Chinenses, Muselmanni omnes heroum suorum reliquias, exuvias, crepundia ipsa & imagines colunt, & non sine causâ, Illustre certe apud Salustium in Bello Jugurthino illud : *Sæpe inquit au-*






audivi Q. Maximum, per Scipionem præterea ci-  
vitat̄is nostræ præclaros Viros dicere solitos *Cum*  
*majorum imagines intuerentur vehementissimè sibi a-*  
*nimum ad virtutem accendi*: Hæc cum ita sit noli  
mirari Lector benevole, quod ego veterum he-  
roum statuas & patriæ nostræ decora ac monu-  
menta, & quicquid in ruderibus piæ vetustatis ad  
nos transmissum, ex tenebris historiarum resti-  
tuam, posterisque ad exemplum proponam. Nam  
cum omnis Westfalia multis Francorum bellis sit  
clara, nulla tamen pars Westfaliæ clariora anti-  
quitatis vestigia ac monumenta ostendit: quam  
*Lippia Comitatus*, hic *Luppia & Amisia fontes*, ut  
ties alterno Germanorumque sanguine rubicun-  
da, Castrisque Romanis, conciliis Caroli M. & ba-  
ptismi *Wittekindi* nobilitata flumina, Hic adri-  
pam *Lippia* turris stetit ex quâ fatidica *Vellida*  
oracla dedit admiranda, hic saltus *Teutoburgensis*  
& *Rômerfeld*, Hic ingens *Victoriæ* campus, ger-  
manicè *Winfeld* *Varianâ* clade, cæsis tribus legio-  
nibus & amissis aquilis, hodiernis Germaniæ In-  
signibus, æternum clara loca, Hic Legionum tu-  
muli ac cumuli, propè *Herse* at Romanæ Tyran-  
nidis assertorum sepulchra. Hic *Teutonicimontes*,  
Lucos ac nemora consecrata Diis apud *Kol-*  
*stede & fanum Osteræ* Deæ prope *Osterholtz*, *Thiet-*  
*mallum* vetus, & *Schydroburgum* Caroli M. olim  
hospitium ad *Ambram*, uti & *Ambronum Cherusco-*  
*rum & Brueterorum* pugnacissimarum pro libertate  
patriæ gentium sedes inclytas, hic Ipsius *Libera-*  
*toris Germaniæ Harminii* vetus castrum cum regnum  
affectaret, hodie *Harmiensburg* dictum, & nescio  
quæ





quæ non ulteriores antiquitatis thesauros, hic illustris comitatus in se continet, omnes digni posteritate: Inter hæc omnia monumenta, quum princeps fuerit *Hiermensula*, quæ Harminio Cheruscorum Duci ac terrori Romanorum, à grata posteritate erecta, à Carolo Magno postea per triginta annos debellata, tandem destructa fuit, illam patriæ & posteritati ad exemplum restituere volui; Quare quæ supererant Veterum scriptorum, testimonia collegi, ex iis quæ potui verissime elicere, locis suis vindicavi, quicquid remotiorum scriptorum sententiis, valde obscuratum & sæpissimè ab illis ex nudâ famâ sinè iudicio consignatum, probe discussi, tandem etiam oblata occasione, quæ ad historiam Francicam melius intelligendam facerent, ex certâ vetustatis fide & fonte historiæ admiscui, sic tamen ut in hîc omnibus nil mihi credi velim, sed quos dicendum citaturus sim testes; sed oggeres si ex aliis habes, quid affers novi? Utinam ego quidem novi nihil sed veterum omnium monumenta tibi exhibere integra, ipseque tacere potuissem, Verum quum hæc longa dies & voracissimum tempus aboliverit, dedi operam ut veterum scriptorum Testimonia de Herminsula nostra rursus colligerem, illa suis locis artibusque restituerem, eaque ad majorem intellectum figuris hic facientibus, nummisque æri incisis illustrarem, quid ulterius in hac nova editione præstiterim ex hujus cum prioris editionis collatione & ex iudiciis eruditorum cognosces: Fruere his Lector & si quid minus politum, exactumque, quod ultro  
&





& candide fatemur, scies velim hæc inter publica negotia & curas furtim magis, quam meditato studio in lucem esse data, quare cum Cajo Lucullo opto, hæc neque ab indoctissimis neque doctissimis legi, quia illi nil intelligunt, hi plus fortasse quam ipse: Hæc sunt candide Lector quæ tecum agere volui, tu si grata acceptare nostra dixeris, lucubra tiuncuasque nostras probaveris, Hirmensulam hanc nostram brevi, Antiqua ac nova Westfalia nostra, ut & dissertationes de puerperio veterum Germanorum ac proba infantum in Rheno de Bardis ac barditu sive carminibus ac annalibus vet. Germ. ut & de Diva Vellejda fatidica muliere ad Luppiam Magnæ auctoritatis apud Germanos veteres ac Romanos, aliaque si Deus velit, curiosa sequentur, Vale interim & conatibus nostris ve.

Gra-





*Gratulatio.*

ad

*NOBILISSIMUM ac DOCTISSIMUM*

*Dn. ERNEST. CASIM. WASSERBACH, J. Ct.*

*Antiquitatis Ruspatores solertissimum.*

**G**Rande quid aggredieris dum sero pandere gesta  
Harminii Magna dexteritate studes  
Nec minor est virtus, priscorum pandere facta  
Quam patrare, diu quæ invidet atra dies.  
Est patrare decus, sed fortia facta virorum,  
Reddere nunc nobis, sedulitatis opus  
Harminio statuam figis, monumenta refigis  
Quæ defossa latent tempore sero doces.  
Sicque duo statuis primo Schediasmate doctus,  
Et monumenta tuis, Harminioque Duci.

*L. M. applaudit*

Gerh. van Mastricht, Synd. Reip.  
Bremensis olim P. P. Duisburg.


**M**Oribus Ingenio, puro quoque pectore Teuto,  
Teutonici meritò percolis orbis opus  
Arte colis, calamoque struis, scriptisque celebras  
Hinc honor ut RIVUS sic tibi surgat aquæ.

*Nobilissimo Domino auctori, Amico suo sin-  
gulari m: mque applaudebat*

Wilhelm. Crusius, J. U. Doct.  
& Antecess. prim. Duisb.

Ad





Ad Amicum veterem

**Dn. ERNESTUM CASIM. WASSERBACH,**

*Illustriss. Comitis Lipp. Schaumburg. à Consiliis, ut  
& praefectum Lippiens. clarissimum.*

**W**estfalus hic niger est, hunc tu Romane caveto  
Immerito gessit vulgus in ore diu

*Westfalus albus enim est, hunc tu Romane Caveto*

Cur? quia Romanos vincere saepe vides.

Ingenio virtute, simul quoque Martis & artis  
Fortunâ, cujus testis ubique datur

**W**asserbach patrios Veterum hic conscribit ho-  
nores,

Et sic restituit quod sibi laudis erit.

Romani linquant monumenta vetusta jacere

Nec curant patrios sic reparare lares.

Hinc merito laudandus erit jam **W**estfalus albus,

Cui dulcis cordi est, optima **W**estfalia.

*L. M. P.*

**Abrah. Teschenmacher, D. & Mil.**

**Brand. Col. Agripp. Medicus.**

**Q**uem toties montem ferro tentavit avaro  
Auri sacra fames, tu quoque amice fodis  
Scilicet **HARMINIUM** non mersam quæris  
opum vim

Harminii invenies mente, ligone nihil.

Harminii si quæris opes, *canis incubat ater,*

Si Monumenta? cave Sphinx jacet atra super.

Tu *Sphingem* aggredieris, Tu *Sphingem* sternis amice

Harminium stygiis quæ retinebat aquis.

Harminium sibi quem nunc *hic* nunc vendicat alter

*Schydroburgiaco* restituis *Domino,*

Ro.





Romanos alii cineres mirentur & urnas  
Harminium ut videas, hic quoque Roma veni.  
Te decus omne manet: te patria dicet Amice,  
Ipse te Harminius, te nemo omne vocat  
Ipse te Emmerides dudum satyrosque rigentes  
*Winterbergiacos* te cecinisse scias.

*Ita olim Amico veti cecinit Lugd. Batar.*

Phil. Neuburg, V. D. Minister  
Relingkirchæ.

**R**ivus aquas veluti variis ex fontibus haurit  
Sic varias artes discere semper amas.  
Nec tantum Themidos undas tu quæris Amice  
Sed rivos ipsos: o decus omne tuis!  
Sic mare doctrinæ potes exhaurire labore,  
Perge modo ex RIVO fiet & inde mare.

*Inter leges & arma commilitoni ac amico  
fidei suo, ita cecinit olim & nunc*

J. C. Hacquenbergh, Neuvvittens.

Cic. de Julio Cæs.

*Dum Pompeji statuas reficis, tuas erigis.*  
**H**Arminio quantum debet Germania clara  
Harminius tantum debet & ipse tibi  
Hic patriæ oppressæ vires vitamque reduxit,  
Tu vero Harminio vitam animamque refers,  
Ergo quot Harminius patriæ Monumenta reliquit,  
Jam totidem laudis, sint monumenta tuæ.

*Sic fratri fraterne cecinit*

Joh. Bernh. **Wasserbach**/Jctus.

*Symb.*

Fluminis ritu ferimur.





ER. CAS. WASSERBACH, J Cti.

De

Statua illustri Harminii

Liberatoris Germaniæ,

sive

Herminsula Saxonica.

*Præfatio.*

**U**T Idoli majorum nostrorum famosissimi, *Herminsula, Statua Harminii Liberatoris olim Germaniæ*, postea Gentis Veteris Saxoniae sive Westfaliae tutelaris communisque Numinis, origo penitus oculis nostris subjiciatur, primum ad ea dirigendus animus, quis status, qui sacri ritus, quive mores Veteris Saxoniae seu Westfaliae nostrae fuerint, antequam auro-  
ra fidei Christianae beatissima terris hisce affulserit, neque enim tam felicibus esse licuit Germanis TransRhenanis, ut quando Asiaticae gentes & Graecorum Latinorum-  
B que



que magna pars sacris Christianis initiabantur, illi à gentili superstitione discederent, sed diu suis damnati tenebris vixere, donec seculo quinto Franci, post victos Alamannos ad fidem conversi, magnam Germaniæ veteris partem in Christiana sacra impulerunt. Ast regiones septentrionales & cunctas nationes in aquilonem vergentes diutius gentium cæca religio tenuit obnoxias, Saxones autem veteres nostri per Carolum nomine & re Magnum sec. VII. à cultu Idoli illorum *Herminsulæ* celeberrimo traducti & in sacra Christiana adacti: post hos Sveci, alii Arctoi populi nono demum seculo fidei Christianæ legibus accesserunt Sclavi, Boruffi, Rugiani, Frisones adhuc serius etiam à Gentili superstitione exuti, & ut reliquos præteream, novissimè Livonia temporibus *Friderici primi* Imperatoris Germani in Religionem Christianam cooptata. Inter omnes autem hæc ad Christum conversas gentes nullas pertinaciores Saxonibus veteribus sive Westfalibus nostris fuisse, annales Francici testes, intra triginta enim annos & viginti quatuor præliis Carolus Magnus Idolum ipsorum, *Herminsulam* vix superare potuit, testatur id ipse Rex Carolus in diplomate Ecclesiæ Bremensi largito. *Indominabiles Saxones* (inquit) *Dei nostrâ virtute tandem vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente per-*

**Crantz. in  
Saxon.**

*per-*



perduximus, Non tamen tam pertinacis diurnæque superstitionis causam aliam reperio quam quæ apud Aventinum à Bojorum proceribus prolata est: *Se non posse deserere avitas ceremonias quæ ipsis tot triumphos peperissent. Hanc novam Religionem Christianam adversam esse viris fortibus & rei bellicæ studiosis, ac quamvis vera sit, inutilem tamen esse Reipublicæ, principem siquidem suo officio fungi velit non posse esse Christianum, Romani quod à veteri cultu numinum desciverint hostibus suis inferiores esse, Christum omnium Deorum esse pauperrimum, qui suis cultoribus nil aliud nisi contumelias & egestatem polliceatur & tribuat: In hæc temporum caligine quoties Germaniam nostram considero, nefanda sacra, diri ritus menti oculisque offunduntur, Nam si quos gloriæ magnitudo supra genium populi & sortem extulisset temporum, iis majores nostri tanquam mortale fastigium egressis & venerationem hominum meritis incredibili temeritate cælum aperiebant, in memoriam & gloriam illorum columnas ponebant, ad earum statuas tanquam sacra templa confluebant, ludos quosdam instituebant, flores & coronas dedicabant, inferias ponebant, ab itur in prælia canebantur, & quicquid honori & gloriæ esse poterat, adhibebant, omittam nunc quæ Gravissimus Tacitus de Herculis columnis in Germania*


Ann. Bo-  
jot. lib. 3.



nostra celebribus refert, hic saltem de Herminsula statuâ postea Idolo celeberrimo gentis Saxoniae nostrae à Carolo Magno cum effusione tot sanguinis Germani ac Francici everso jagere constitui; ubi ex antiquissimis scriptoribus probabo hanc statuam primitus invicto Cheruscorum Duci Harminio, ut excelsæ virtutis illius ad posteros monumentum esset, positam fuisse, majorum verò gratitudinem fecius interpretante subsequantium inscitia sæculorum, eam, quæ fortissimi herois gloriæ ac meritis dicata fuerat, præsentem exhibere Deum credidisse ac crescentibus indies majorem in modum honoribus ac ritibus sacrorum, hanc tandem in Idolum transformasse, hæc inquam è vetustissima memoria nunc paucis repetituri sumus, nullo alio consilio, neque ulla alia de causa, nisi ut eâ quæ de *Herminsula* Annales Francici tradiderunt, clarius pleniusque intelligantur. Quum vero teste Plinio res ardua sit vetustis novitatem, novis auctoritatem, obsoletis nitorem dare, non rogo sed obtestor te benevolum Lectorem ut si in restituendo hujus vetustissimæ Statuæ monumento, aliquid humani contigerit, toties ignoscas quoties opus fit, & quod tibi fieri vis, mihi facias.

CA-





CAPIT I.

*Etymon varium Harminfulæ.*

**P**Ræmittimus tamen, flagitante ita ordine, varias ejus denominationes seu descriptiones ex antiquis novisque Scriptoribus, isto ordine, ut eas, quæ ab instituto & mente nostrâ maxime remotas censemus, primo loco referamus. Nobilis Adrianus Schrieckius Dominus Rhodorni, qui magno labore, non tamen semper felici successu, Celtica & exotica ad Germanicam dialectum & originem revocare studet, quare & sæpe Eruditis vapulat, vocat ERMENSUL vel HERMENSUL; probatque Vignerii Lectionem Hermanfaul; dividitque vocem, ut etymologiam nobis tradat Germanicam: HER-MANS-HOL, quasi, viri dominantis antrum. Melius, sed tamen non late ab hoc recedunt, HERMANSUL habent, ut sit: *Hermannî Saal*, seu *Hermanî Saal*. *Sa* vel *Saal* Germanis aulam denotore tralatitium est, ita refert vocem Regino (a): Id probat Aventinus (b), & Dreslerus, in millenaro quinto: Spangenbergius (c): sed hi quam longissimè à sententia nostra recedunt. Saxonicum Chronicon Moguntiaë anno 1492. excusum habet *Armensul*, Sigebertus Gemb. (a) *Hormesul*. Antiquissima scriptio est *Irminful*; Ita Annales Fuldenses, Ditmarus Mersburgen-

Origin.  
Celticæ  
lib. 22.  
num. 41.  
p. 531. &  
in Indice  
Secundo.

(a) Reg. in  
Chron.  
(b) Ann.  
Bojor. l. 1  
& 4.  
(c) in Chr.  
Sax. c. 73.  
(a) in Chr.





(b) **Dietm.** **Merb. l. 2.** **(c) Aimo-**  
**nus de**  
**reb. gest.**  
**Franc. lib.**  
**4. c. 69.**  
**(d) l. 1. c. 6.**  
**Hist. Eccl.**  
**(e) Adv.**  
**l. 4. c. 2.**  
**(f) de Lau-**  
**dib. Sax.**  
**part 2. c. 3.**  
**(g) lib. 1.**  
**c. 14. &**  
**lib. 3. c. 8.**  
**cap. 14.**

sis (b), Aimonius (c), Lambertus Schafna-  
 burgensis, Hermannus Contractus, Abbas  
 Urspergensis, aliique ad annum 772. Alii  
 modica mutatione *Irminsul* efferunt, A-  
 damus Bremens. (d) Albert. Stadenf. Cla-  
 riss. Barthius (e) *Ermenful*, cum auctore vi-  
 tæ Carol. M. à Pithœo editi appellat. Pro-  
 xime ad nos, & ut censemus ad verum ac-  
 cedunt, qui *Hermensull* nominant, ita Re-  
 gino Rølving. (f) & *Hermensul*, ita anti-  
 quus satis auctor MS. vitæ Caroli M. apud  
 Meybomium. Lupold. de Babenb. de zelo  
 veter. German. Princ. (g) ita & Magnum  
 Chronicon Belgicum. Ex quo clara habe-  
 mus indicia ab Herminio vocem esse or-  
 tam *Hermen* - & *Herminsul*, Herminium il-  
 lum Heroem satis refert, quem facile postea  
 mista adspiratione in *Erminsul*, & *Irminsul*  
 transire potuit, pro varia enim dialecto  
 Germani quidam voces aspirant, quidam  
 sine aspiratione legunt; uti in *Heresburg*,  
*Ersburg* & *Eresburg*, & Aventinus in super  
 Hermioni sacram; alii vero publicam fuif-  
 se columnam volunt, quasi *Idermansul*, i. e.  
 asylum & commune omnium præsidium.  
 Germanica lingua. Quare Gobelinus Her-  
 men vel Ermen Græcum Ἑρμῆν Mercuri-  
 um præsidem esse hunc statuat & hanc  
 nominasse tradidit: Vereor tamen imo  
 non dubito quin omnia hæc falsa sint, nullo  
 enim credibile fit argumento, Mercuri,  
 Saturni, nomina cognita vel usurpata à  
 ma-

**Aventin.**  
**Annal.**  
**Bojor.**

**Gobelin.**  
**lib. 38.**



majoribus nostris fuisse, ut ut latentem vim numinum illorum noscerent; Ast Romani quum forsan ritus à sua superstitione non alienos inter Germanos deprehenderent, Romanum nomen Diis indiderunt, quod infrà clarius ex Tacito demonstraturi sumus. Quod si autem ex vocabuli, affinitate ductum aliquid valet argumentum, non alii quam fortissimo Principi ac Germaniæ Liberatori Harminio hanc statuam erectam fuisse conijcimus, qui Teuronibus *Heerman* dicitur. Forsan ut ab illa Germanorum animi ad majorum virtutem accenderentur; Testatur enim Salustius, non figuram tantam vim in se habere, sed memoriâ rerum gestarum eam flammam egregiis Viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquarit. Verum quum literarum secreta, quibus belli facinora, ducesque posteris transmitterent, Viri Germani pariter ac mulieres ignorarent, factum est, ut sub sequentium sæculorum simplicitas columnam hanc Harminio positam alio torqueret, & Deum vel Dei effigiem exhibere crederet. Hinc ortum quod in statua Harminii postea cultus Mars & Hercules, uti Vir Incomparabilis J. G. Vossius conjectat; addo non solum Matrem & Herculem, sed & Mercurium & Apollinem simul in Harminio coli potuisse, si vera esset statuæ descriptio, quam Wer-

Tacit. in  
fin. IV.  
Hist.

Salust. in  
bello Ju-  
guith.

Tacit. de  
moribus  
Germ.

Lege au-  
torem li-  
bri Sapi-  
entiz c.  
IVX, v. 14.  
&c. ele-  
gantissi-  
mè de his  
differen-  
tem.



nerus Rolwing producit, quam postea vi-  
debimus & refutabimus.

## CAPUT II.

*Causæ enarrantur quare Cherusco-  
rum inclyto Duci Harminio, gra-  
ta posteritas columnam, virtutis  
æternum monumentum posuerit,  
& locus ubi ab inclyto Heroe Har-  
minio tres Romanæ legiones cum  
Duce Quintilio Varo legatis &  
auxiliis omnibus trucidatæ aequi-  
leque raptæ sint ex Tacito, Dione,  
Vellejo, Floro, aliisque probatissi-  
mis auctoribus describitur.*

Phil. Me-  
lanch.  
In Epist.  
dedic. ad  
Epig. sua  
pro Hil-  
debrand.  
Grothuf.  
Saliuf.  
An. 1559.  
9 Kal. No-  
ad Bernh.  
VIII. &  
Simonem  
Comit.  
Lippia &  
Piermont

**A**Nte verò quam ad hæc progrediamur,  
causa præmittenda est, quare Cheru-  
scorum Duci Harminio grata posteritas  
hanc columnam posuerit, memoriamque  
ejus conservare voluerit: Quam verissimè  
Cornelius Tacitus refert: **LIBERATOR  
GERMANIÆ HARMINIUS** qui non pri-  
mordia populi Romani, sicut alii Reges Duces-  
que sed Florentissimum imperium laceffivit præ-  
liis ambignus, Bello non victus, dolo propinquo-  
rum cecidit, canitur adhuc Germanas apud gen-  
tes: Eadem Philipp. Melanchton in Epist.  
Dedicat. ad Illust. Comites Lippienses Har-  
minius, inquit. in illis campis, qui nunc ve-  
stris ornati sunt ecclesiis, doctrinâ & ædifi-  
ciis, *delevit tres legiones Romanas, & assidue  
bella in his regionibus gessit.* Nam cum **Quin-  
tilius**



tilius Varus Romanis exercitibus & castellis Germaniam servituti & tributis obnoxiam reddere vellet, Germanorum libertas haud Romanorum fasces, secures, togas & severiora armis jura æquo animo ferre potuit. Igitur quum Varus exitiali errore se infidiosè à Rheno, ubi maxima imperii vis erat, in Cheruscos, ad ultimos Bructerorum ab Harminio abduci passus fuisset; inter montes crebris convallibus inæquales, ipse Q. Varus paludibus, silvis, locorum tempestatumque iniquitate circumvallatus, à Germana pube cum tribus legionibus ad internecionem trucidatus est: Sævitum sine discrimine in omnes, maximè in Causidicos aliis oculos eruebant, aliis manus amputabant, unius os sutum, recisaprius lingua quam in manutenus Germanus, *Fam*, inquit, *viperasibulare desine*. Factum hoc quidem ad ultimos Bructerorum inter Lippiam & Amisiam amnes, haud procul Teutoburgensi saltu, in quo Reliquiæ Vari legionumque insepultæ dicebantur. Tuentur adhuc loca hæc post tot annorum spatia, prisca sua & à victoria Harminii inclyta nomina; dicitur Teutoburgensis saltus ad hunc usque diem ab Accolis *de Teutenberg*, Teutoburgum *de Auleburgk*, ubi & *Theutmall*. Teutemeyer ac Teutonicimontes. Vidimusque ibidem, de quibus Tacitus agit, Amisiæ & Luppiaæ fontes, quorum primus ad Stapelæ montem

B 5

pel-

Tacitus  
Annal. l. 1.Ann. Chri.  
10.Die Hist.  
Ro. l. 1. v. 1.  
Vellej. l.H. c. 112.  
Sched. la.  
te de Diis  
German.  
Syr. cap. 30  
à p. 477.

Flor. l. 4.

Tacit. Ann.  
l. 1, c. 60



*pelberg, Embspring*, alter ibidem atque in eo loco, qui ab ipsa origine fontis *Lippespring* nomen deduxit, conspiciuntur. Hic etiam nobiles paludes, de quibus Vellejus, & *Rodenbecke* ac *Knockenbecke* ab sanguine ossibusque Romanorum denominati rivi. Non procul hic etiam, *campus* in eadem serie peregrinantibus, cujus medio [teste Tacito] albentia ossa, fragmina telorum, equorumque artus adjacebant, cum gloria & virtutis majorum suorum ostentatione ab incolis monstratur, qui etiamnum hodiè post tot sæculorum decursus iudelebile à victoria quod Germanis *Winnen*, nomen *Winfeld* tuetur: Hic etiam *Römerfeld* & Castellum vetus *Alison* hodiè *Elsen*, Castra Vari *Varenholtz* & legionum tumulis prope *Hese* clarissima loca, meminit illorum Vellejus scriptor Romanus qui cum Tiberio novem annos contra Germanos pugnavit, ac præfens in hoc prælio Variano fuisse creditur, Hic etiam Julii Cæsaris & Augusti imaginibus illustra reperta sunt à majoribus nostris numismata Romana, gemmæ, fragmina telorum, exesa rubigine pila, diversique generis arma, quorum non minimam copiam avus meus, Præfectus dum viveret provinciæ Bracensis, Ernestus Wasserbach amico suo veteri Henrico Meybomio olim Helmstadium transmisit, hodieque reliquiæ in illis campis effodiuntur, quæ memoriam commissi prælii cum

Ro-



Romanis conservant æternum. Nos ex  
 amore ac studio *libertatis ac antiquitatis*  
 huic inclyto Victoriae Campo vulgo *Win-*  
*feld* Romanæ Tyranni dis assertorum, scili-  
 cet *Quintilii Vari* ac trium legionum Ro-  
 manorum ossibus sepulchro, Monumen-  
 tum sequens posuimus L. M. Q.

Aspice qui transis tractum quo prisca re- 1. Tacitus  
 dempta de morib.

Sanguine Libertas si venereris eam.

Hi sunt qui Latio maduerunt sanguine 2. Tacitus  
 campi lib. 1. An.

Roma ubi contusa est urbis & orbis a-  
 mor.

Hic Varus cecidit Germanus signa vetusta 3. Cuspi-  
 Hic aquilas rapuit jam decus imperii. nianus.

En signat proprio *Victoria* nomine *Campum* 4. Win-  
 Quo victrix jacuit Roma supina solo. feld.

Effodiuntur adhuc Romæ victricia quon- 5. Tacitus  
 dam, lib. 1. An.

Tela sed Harmii sat superata manu.

Teutoburgensis saltus nemus omne ve- 6. Tesche-  
 tuustum mach. An-  
 nai.

Relliquias VARIServat & ossa Ducum Tacit. lib.

Fama loci duret Caroli dum prælia Magni 1. Annal.

Insuper ac *Winfeld* Saxonis arma canet

Donec & Amisii fontes, hic *Lippia* current

QUINTILII mæstis murmuret unda sonis

Et resonet [quoties *libertas* quæret avita,

Harminium patriæ ] Tu quoque fac si-  
 mile.

CA-



## CAPUT III.

*Refutantur scriptores qui tantum decus Varianæ Cladis sibi suisque locis sine ulla auctoritate ambitiose asseruerunt, probaturq; ossa trium Reliquiasque legionum cum Quintilio interfectarū, non in Hispaniam transportata, sed in Teutoburgensi saltu ac Winfeld sepultas fuisse.*

P. Jovius  
Italus.

**M**iror itaque ac nescio, num ignorantia & obscuritas Geographiæ veteris fecerit, num gratificari Patriæ & amicis scriptores voluerint, ut dudum Paul. Jovius, vera dissimulans se facere exprobranti regeffit, qui nullâ reverentiâ vetustatis tantum decus ambitiose sibi suisque locis asseruerunt; Otto Frisingensis & Abbas Urspergensis & cum his Nauclerus, Huttenius Inclytæ cladis locum prope Augustam Vindelicorum; Irenicus in Misniam; Æneas Sylvius Moguntiam; Aventinus Duisburgum Clivorum; Mutius Francofurtum ad Mœnum; Johannes Gigas & Nicolafius Strombergam, transtulerunt: Ast horum opinio explosa, postquam tam Literarum ac Literatorum quàm Paderbornensium ac Monasteriensium Princeps Ferdinandus Fürstenbergensis, qui non ita dudum ex hac mortalitate evocatus, ac nobis quot Patriæ totidem luctus monumenta reliquit,



quit, ex Dione, Vellejo, Tacito, tum ex  
consensu recentiorum scriptorum, verif-  
sime locum tantæ cladis Westfaliæ ac pa-  
triæ nostræ vindicasset, posuissetque Har-  
minio in illis ipsis finibus Tropæum se-  
quens, quod tam liberatæ Germaniæ quàm  
ejus ingenii monumentum æternum ha-  
bebitur.

TEUTOBURGENSIS. SALTUS. LOCA. VASTA.  
PARAGRANS.

Vide ejus  
Monum.  
Paderb,

PAULISPER. CÆPTUM. SITE. VIATOR. ITER.  
HIC. RAPTAS. AQUILAS. CERNIS. MONUMEN-  
TA. LATINA.

INVENIES. VARI. RELIQUIASQUE. DICIS.  
EGIT. HIC. ET. CELEBREM. THIETMALLO. TE-  
STE. TRIUMPHUM.

SAXONUM. CAROLUS. DEPOPULATUS. HU-  
MUM.

UT. MERITO. DUBITES. ROMANA. CÆDE. CRU-  
ENTA.

HARMINIO. MAJOR. NUM. SIT. HABENDUS.  
HONOS.

SAXONIS. AN. CAROLO. VICTORI. SÆPIUS. HO-  
STEM.

FREGIT. HIC. IN DOMITUM. CONTUDIT. ILLE  
SEMEL.

Nec minus illi errant, qui putant ossa trium  
Vari legionum in Hispaniam transporta-  
ta esse, quod ex seq. Monumento Georg.  
Agricolæ ibidem ut ajunt ad Ilerdam re-  
perto, probare conantur: OSSA. MIL. V. ET.

XIX.



Georg. A. Ap- pel. rer. Metall.

Tacitus Annal. l. 1. c. 62.

XIX. CUM. QUINTIL. INTERRECTO. JUSSU. GERMANICI. IMPERATORIS. HUC. COLLATA. QUIESCUNT. Sunt & nonnulli, qui ossa huc & illuc in exstructa ipsorum cœnotaphia delata esse volunt. Verum non multum in illis refutandis laborabimus, cum clarissime ex Tacito constet, trium legionum ossa, sextum post cladis annum, à Romanis, nullo noscente, alienas an suorum reliquias humo tegerent, mœstis simul ac infensis condita, atque Cœnotaphium ex cespite iis positum fuisse. Concedo tamen ex his ossa quædam ad Cœnotaphia ipsorum delata fuisse, testatur hoc etiam lapis, qui in Vivario Cliviensi Illustrissimi Herois & Principis Joh. Mauritii Nassovii Colonia Trajana illuc traductus exstat, quem olim xidi, hanc legi ejus inscriptionem.

M. COELIO. T. F. LEM. BONO. D. LEG. XIIX. AN. LIII.

\*\* CIDIT. BELLO. VARIANO. OSSA. INFERRE. LICEBIT. P. COELIUS. T. F. LEM. FRATER. FECIT. M. COELIUS. M. COELIUS. M. L. M. L. PRIVATUS. THIAMINUS.

Quæ sic legenda.

MARCO COELIO TITI FILIO LEMONICO BONO- NIENSI CENTURIONI LEGIONIS DECI- MÆ OCTAVÆ, ANNORUM QUINQUA- GINTA TRIUM.

Oc.



OCCIDIT BELLO VARIANO OSSA INFERRE LICE-  
BIT PUBLIUS COELIUS TITI FILIUS LE-  
MONICUS FRATER FECIT.

Subscripti duo Cælii liberti fuerunt, qui  
cum eo ad Luppiam perierunt.

M. L. Marci Libertum significat.

Centurionem vel centuriam deno-  
tat, interdum etiam legionem, utrumque  
viri docti observarunt; hoc tamen loco  
centurionem significat, cujus insigne bacu-  
lus ex vite factus, quo castigabantur mili-  
tes & quidem citra infamiam, Vitem istam  
gessit M. Cælius miles Romanus ex tribu  
*Lemonia Bononia* natus, occisus ad Teuto-  
burgensem saltum in prælio Variano. No-  
tandus autem hic error Clivensium anna-  
lium Conditoris Teschenmacheri, qui con-  
tra mores veterum præcedentem inscri-  
ptionem, ita legit, M. CÆLIO. T. F. LEMO-  
VIX. BONO. CENTURIONI. quod falsum, nun-  
quam enim apud Latinos ita in publicis  
monumentis *Centuriones boni* appellati sunt,  
sed illud *Lem: Bono:* nil aliud vult, quam  
*Calium* fuisse ex Tribu *Lemovica* patria *Bo-  
noniensem*, ut in multis inscriptionibus apud  
Reinesium & Gräterum deprehendimus  
semper enim post, nomen alicujus homi-  
nis in veteribus inscriptionibus *Tribus* ad-  
jecta legitur, & Cæsar Malvasia, qui ante  
aliquot annos *Marmora Felsinea sive Bono-  
niensia* edidit, plurimis ostendit *Caliorum* fa-  
miliam olim *Bononiae* celebrem fuisse.

Vid, Rab  
Herman.  
Schelium  
ad Poly-  
bium in  
notis.

CA-



## CAPUT IV.

*Probatum nullas graviores Ignominias Romanos accepisse quam ab Harminio nostro, ad saltum Teutoburgensem, referente enim Svetonio ipse Cæsar Augustus accepto hoc nuncio caput foribus illidit & vociferavit: Quintili Vare Redde Legiones, raptæque binæ à Romanis aquilæ, hodiè in insignibus Germaniæ, gloriam in æternum Harminii fatentur.*

**Tacitus**  
**Annal. l. 1.**  
**e. ult.**

**Taciti de**  
**German.**  
**6. 37.**

**P**ost hanc cladem, Harminii Cheruscorum Ducis nomen magnum factum est, quicquid enim priscae Græcorum & Romanorum virtuti opponi posset, in hoc deprehendebant, nemo sanè nec ipsi Romani de Harminio sine stupore cogitare poterant, utpotè qui non primordia populi Romani, sicuti alii Reges Ducesque, sed florentissimum regnum lacefferat. Quid aliud, inquit Tacitus, quam cædem nobis Crassi, amisso & ipso Pacore, infra Ventidium nobis dejectus Oriens objecerit? Parthi enim milites magno numero captos & Romana signa successu temporis Augusto restituerunt, ut ex numo discimus: *cujus epigraphæ talis AUGUSTUS COS. XI. SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS S. P. Q. R.* At Germani Carbone & Crassio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cepione M. quoque Man-



Mancio fufis vel captis, quinque simul  
 confulares exercitus populo Romano, Va-  
 rum, tresque cum eo legiones etiam Cæ-  
 fari abftulerunt: Suffragatur huic Sveto-  
 nius; Graves ignominias cladesque duas,  
 nec alibi quam in Germania accepimus.  
 Paulò post *exitialem* vocat, tribus legioni-  
 bus cum Duce Legatisq; & auxiliis omni-  
 bus cæfis. Quantum illa ipfi Cæfari Augu-  
 fto metum incufferit, idem Scriptor gra-  
 phicè ibidem exprimit, dum adeo con-  
 fternatum dicit, ut per continuos menses  
 barba capilloque fubmiffo, caput inter-  
 dum foribus illideret, vociferans: *Quintili*  
*Vare legiones redde*, diemque cladis mæ-  
 ftum habuerit ac lugubrem: Qui dies ille  
 fuerit ex communi quafi pacto fcriptores  
 filuerunt: Collocat Beroaldus in IV. non.  
 Sextil. quo male ad cannas pugnatum eft,  
 ex illis L. Flori verbis: Varus res perditas  
 eodem quo Cannenfem diem Paulus & fa-  
 to eft & animo fecutus, ego Poppæo & Sul-  
 pitio Camerino Coff. cū lex papia poppæa  
 effet data, decimo anno poft natum Chri-  
 ftum & quidem circa aut paulò poft au-  
 tumni æquinoctium, contigiffe colligo,  
 quòd victores Germani nil præter quo-  
 rundam caftellorum obfidionem illo an-  
 no moliti fint, & vix *Alifon* acceperint.  
 Idem confirmant crebræ ventorum, plu-  
 viarumque agmina ac tempeftates, qui-  
 bus

Sveton. in  
 vita Au-  
 guft. c. 23.

Idem.

Ibidem.

Dies cla-  
 dis.

An. v. c.  
 763.

Florus lib  
 4, cap. 12.



Dion. lib.

56.

Flor. l. IV.

cap. XII.

Tac. An-

nal. lib. 1.

c. 61.

bus Varum quasi conflictatum ex Dione intelligimus. Denique hac clade etiam factum, ut imperium, quod in littore oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret, ut raptæ binæ ab Romanis aquilæ Imperii Germani insignia fierent, quæ etiamnum in hunc usque diem virtutem Germanorum ad sidera quasi portare videntur.

Strabo

Geog. lib.

VII.

Haud sum nescius: Clarissimam hanc victoriam carpi à Strabone, qui exiguam fidei & famæ rationem habitam a Germanis censet, quando Harminio rebellanti accessere. Ipsi Romani passim perfidiam exprobrant: idemque crimen Maroboduus Rex Suevorum Harminio apud Tacitum objicit; Sed reponenda his justissima illa Harminii defensio. Quemadmodum illum cum Alexandro M. aliisque loquentem introducit eruditissimus Germanorum eques Ulricus Huttenus: Atque hoc est, quod ego contra respondeo, neque accepisse jugum me vel animo in servitutem consensisse; neque si eo necessitatis iniquo aliquo tempore coactus me impedivissem, non licuisse per occasionem, quando cunque ea se dedisset, inde ursum expediri. Nam quod jus habere potest, qui natura beneficium alteri eripit? Vel quæ injuria est, suum sibi violenter detractum, pari violentiâ recuperare?

Hutteng.

Dialog.

Sub-



Subjungit statim quum Alexander M. objiceret, *Fidem abs eo datam*: ut indignè aliquid paterer non dederam. Potui tamen honestè & liberaliter parere, si modeste illi & civiliter imperare voluissent. Sed ut dedissem, extortam vi, & injuria communis hoc vita sancivit: fidem non esse quam raptores exigunt ab eis, qui necessitate coacti ea concedunt facile quibus nec ipsi carere debent, nec uti, qui rapiunt. *Et paulo post*: Ea demum fides est quæ damus, quod debemus. Age autem, quis tam injuriæ patiens esse debet, ut ea ferat, quæ in Germania faciebant Romani tunc, quæque Varus, homo omnium puto, quos terra protulit, avarissimus & iniquissimus. Qui cum Syriam ante spoliando circumrasisset, Germanos ex toto consumere peculando instituerat. Ibique eà fuit superbiâ & animi impotentiâ, ut mente conciperet. Bestias esse Germanos, & ratione carentia bruta, non homines; neque ullam tantam esse indignitatem, quam averfari nos deceret, aut contrâ quam resistere. Itaque nihil amentia suæ temperavit, omne flagitium, & omne ausus est scelus. Quapropter ego, cum illud conscivi facinus. Non ergà legitimos dominos fidem fefelli, sed contrâ iniquissimos Tyrannos, jus patriæ, & cõmune fas obtinui. Cõeterum æterna Laus Genti nostræ manebit



quæ ipse hostis Tacitus vel invitus reliquit: *Nulla gens mortalium aut fide aut armis major* | GERMANIS.

## CAPUT V.

*Fatum Harminii heroïs nostri cum Macedonum Alexandro Magno in omnibus ferè æquale fuisse, ostenditur, nisi, quod hic in molles Persas incidere, Harminius noster florentissimum Imperium Romanum lacefferit.*

ellej. lib.  
. c. cxx.

**V**idimus jam ex antecedentibus, quantum miraculum fortunæ & virtutis fuerit Harminius, quomodo exercitum omnium fortissimum, disciplina manu, experientiaque bellorum facile inter Romanos milites principem, ad internecionem trucidaverit, qua in re etiam major Alexandro Harminius dicendus, cum non in molles Persas, imbecilles Indiæ incidere nationes, sed florentissimum imperium Romanum lacefferit, unde & ab ipsis hostibus Liberatoris Germaniæ nomen reportavit: Posthæc infelix, Romanis abscedentibus & Maroboduo æmulo pulso, ipse è tantis rebus gestis spiritus majores sibi sumens regnum affectavit, sive illud suis deberi meritis existimavit, sive ut quisquis excellentissimus est ingenio & animo in

vi-



victissimo, ita ad dominationem maxime  
 proclivis existit: sed adversam popula-  
 rium libertatem habuit, quibus uti pro-  
 pria erat libertas, ita pati difficillimū ma-  
 lum potius, quā servire poterant. Virtu-  
 te tamen contra æmulos æternum hoc  
 Germaniæ decus certabat; quumque  
 virtute frangi non posset, dolo propin-  
 quorum cecidit, tanto graviore scelere,  
 quanto tetrius habetur, cognatorum  
 prosternere fraudibus illum, quem non vis  
 hostilis, non florentissimi Imperii Romani  
 legiones læserant. Sed hic quoque notan-  
 dum quod sicuti in cæteris ferè Alexandri  
 Magni fatum, ita noster Harminius & in  
 vitæ fine subire debuerit: uterque ferè æ-  
 tate æqualis, ac scelere suorum subver-  
 sus est. Alexander duodecim annos regna-  
 vit: Harminius idem potentiae explevit.  
 Ambo orientem fortunam moderatè, &  
 prudenter tulere; sed ad postremum ma-  
 gnitudinem ejus non cæperunt. In Ale-  
 xandro iram & violentiam Arrianus &  
 Curtius, in Harminio, Vellejus & Tacitus  
 perstringunt. Ille juvenis res maximas  
 brevi tempore confecit, hic nondum  
 vigesimum quintum annum egressus,  
 cum clarissima post homines natos victo-  
 ria adversus Romanos potiretur, servitu-  
 tem, ut Tacitus loquitur, è Germania pel-  
 leret. Expeditionum etiam terminos co-  
 lumnas

Idem.

Idem ibi-  
dem.Cicer. in  
Orat. pro  
Quint.Tac. lib. 2  
An. c. ult.Curtius  
de rebus  
gestis A-  
lexand.Tac. Ann.  
lib. 10.



Ptolmæi  
in Geogr.

lumnas aureas Alexandro M. ultra Cauca-  
sum Colchicum erectas esse Ptolomæus  
testatur, columnam non quidem ex auro,  
sed saxo, gratam posteritatem Harminio  
posuisse, quæ postea in Idolum Ermenful  
vel Hermensul transiit, è vetustissima me-  
moria repetituri sumus.

### CAPUT VI.

*Probatur ex antiquissimis scripto-  
ribus quod Germani suos heroës  
soliti sint celebrare monumentis  
columnarum ac carminibus.*

**M**Entio nostræ columnæ seu Idoli anti-  
quissima occurrit in scriptoribus  
Francicis, & quidem temporibus Caroli  
Magni, seculo octavo decurrente; quod fa-  
tis ostendunt citati Auctores in anteriori-  
bus, qui diversam nominis scriptionem  
nobis dederunt, & plerique qui in Chro-  
nologis ad An. Chr. 772. ejus mentionem  
faciunt, frustra in anterioribus quæritur.  
Antiquiora tamen habemus monumenta  
moris, quòd Germani suos Heroës soliti  
sint celebrare monumentis seu columnis,  
Tacitus in suo de Morib. German. libello:  
*Et superesse adhuc Herculis columnas famæ  
vulgavit, sive adiit Hercules, seu quidquid u-  
bique magnificentum est, in claritatem ejus refer-  
re consensimus.* Ex quo probabile, secun-  
dum

Tacit. de  
Moribus  
German.  
cap. 34.

Ex quo probabile, secun-  
dum



dum morem, quoque Harminio, libertatis Germanicæ restitutori, idem contigisse, Consuetudinem tangit, in multis alias falsus, Wittekindus Corbejensis, qui floruit anno 972: sub Ottone Primo, quo mortuo, ad filiam ejus scripta sua misit. De Saxonibus hæc refert: *Cum penes Regem Ermenfrid summa victoria esset, aram victoriae construentes, secundum errorem paternum, sacra sua errore proprio venerati sunt, nomine Martem effigie columnarum innitentes, Herculem loco solis, quem Græci appellant Apollinem. Ex hoc estimationem illorum apparet utcunque probabilem, qui Saxones Originem duxisse putaverunt à Græcis, quia Hermin (videtur respicere ad nostrum idolum) vel Hermes Græcis Mars dicitur, quo vocabulo ad laudem vel vituperium usque hodie etiam ignorantes utimur. Verum est, quod Deos & Heroas columnis honorarint Germani, sed ex cæteris multa falsa sunt. Certè Hermen vel Græco vocabulo Ἑρμῆς non Martem, sed Mercurium significat, ut pueris in Scholis notum, nisi cum Doctiss. Spellmanno in Gloss. ab Ἀρῆς deducas, ut *Ermen sal*, sit Martis columna. Sed nimis violenta est illa conjectura nullusque, quod scio, auctorum probatorum Ἑρ pro Marte posuit. Fallit itaque argumentum Wittekindi, quo ambitiosè à Græcis Saxonum originem deducere vo-*

Wittek.  
in Annal.



luit, tanquam nemo antè fabulosos Ilii cineres, ante furiosum Hectorem, ante Priami cadentis domum, inter Germanos nobilis esse posset. Ego cum Tacito illorum opinioni accedo, qui Germaniæ populos, nullis aliis aliarum nationum conubiis infectos, propriam, sinceram & tantum sui similem gentem existisse arbitrantur. Fuit itaque Hermes ille, de quo hic agitur, non Mars, neque Hermion V. Imperator Veteris Germaniæ, pronepos Regis *Man*, filius Tuisconis, parentis auctorisve nostri, ut Aventinus forsitan ex antecedentibus infert ac tradit; Verùm magis probabiliter Cheruscorum Dux famosus, & Præses Harminius, cujus effigies in columna erat conspicua. Quod Glossator antiquus productus à Spellmanno, clare affirmat. *Hirmensul* Colossus, altissima Harminii Columna. Verissimum quoque est, quod dicit Wittekindus, hodieque omnes Germani intelligunt, quanquam non agnoverint forte, qui eum ediderunt, quòd idem nomen apud Germanos ignominie & laudis habeat significationem, nam *Erman* Germanis pauper est, adspiratio pro diverso ore ac ingenio ipsorum additur, diversus enim uti hodie, sic & olim eorum dialectus fuit, dein laudis & honoris nomen denotat *Heermin* vel *Heerman*, Exercitus ducem, *Haire* vel contractè *Heer*  
 exer-

de Morib.  
 Germ. c. 4

Aventin  
 Annal.  
 Bojor.

Wittek.  
 in Annal.

Leg. Poët.  
 Teutoni-  
 ci de S.  
 Annone  
 Rhythm.



exercit<sup>9</sup> Germanis est, inde vocabula *Heer-* quem O-  
*farten*, expeditiones bellicæ, *Heerschild* pitz edi-  
 clypeus, *Heerestelli* locus castrorum & quo die.  
 adhuc uti consuevimus *Heerhold* fecialis, Tacit. de  
 derivata sunt. Manet etiam Germanis qui- moribus  
 busdam à *Gar* & *Man* dictis, proprium, ut Germ.  
 vocabulum *Man* bellicarum & civilium  
 dignitatum nominibus addant, ut *Haupt-*  
*man*, *Ambtman* & in similibus multis.

## CAPUT VII.

*Quem heroem Illustris Hirminsula  
 nostra representarit & in cujus  
 memoriam sit erecta & evecta ex-  
 plicatur.*

**M**AGNUM ac grave huic sententiæ no-  
 stræ argumentum ex gravissimi Ta- Lib, 2.  
 citi adsumimus Annalibus, ubi dicit: *Har-*  
*minius canitur adhuc barbaras apud gentes:*  
 eadē testatur in libello de moribus Germ.  
 de Hercule; *primum omnium virorum for-* Tacit. de  
*tium in pralia ituri Herculem canunt,* quem moribus  
 etiam postmodum refert, columnis fuisse German.  
 honoratum. Ex quibus Spigelius sacram cap. 34.  
 Herculi Hercyniam silvam fuisse conjicit,  
 sed nobis dissentientibus, potius Aventino Aventino  
 accedimus, qui lucum & montem proxi- Ann. lib. 3.  
 mē Reginoburgum ad Danubii ripas Alle-  
 manno Herculi victori more majorum de-  
 dicatum fuisse, quem etiam hoc nomine  
 in Bajaria adhuc designari, plurimaque  
 C 5 ejus



Sched. de  
Dii Germ.  
synt. 3.  
6. 3.

Tac. Ann.  
l. 1. & 2.

ejus vestigia superesse testatur. Ejus etiam æreum signum, in Richavia cænobio servatum, jussu Cæsaris Maximiliani Tyrillios translatum accepimus. Quum itaque Hercules ob domi militiaeque egregia patrata facinora illud à gratâ posteritate natus sit, ut post mortem apud barbaras gentes adhuc caneretur, ejusque memoria in columnis ipsi sacris fervaretur: Quidni, inquam, Cheruscorum Duci ac Liberatori Germaniæ Harminio, quo majorem nulla ætas vidit, nec ulla forsan videbit, Columnam *Heermiensul* erectam crederemus; quum & ipsi hostes, jure Civitatis Romanæ, Equestri post Senatoriam amplissima, dignitate, & titulo *Liberatoris GERMANIÆ* vel invitus ipsum decoraverint. Imo & Germani ursam majorem ab illo *Heermans Wagen* vocarint & ita nomen ejus gloriosum cælo adscripserint mansit etiam non obstante religionis Christianæ professione, nomen *Hermin* ipsis in tanto pretio, ut plurimi vel nomine *Hermin* vel *Herminfrid* vel *Ermingod* agnosci voluerint. Insuper nomen Columnæ, *Hermin* seu vocabulum *Sul, Suel*, aut ut superiores hodiè Germani dicunt *Seul* Columnam & quidem ab antecedente nomine memoriæ *Hermin* sacram indicat. Probabili itaque conjecturâ, si non firmâ, ex antecedentibus credimus *Hermensul*, Columnam



lumnam positam esse Cheruscorum Heroi incomparabili Harminio, ut is, qui naturæ parum vixit, patriæ multum, gloriæ semper viveret: rectèque, cum Tacitus dicat, Cani adhuc Barbaras apud gentes de Harminio, credimus eum & columnâ, majorum more, altero honoris monumento, decoratum esse. Falluntur itaque, qui vel Mercurio vel Marti primitus positam volunt hanc columnam, quamquam non inficias imus, postquam origo ejus oblitterata paulo, locum Idolo factum esse & potuisse in eo vel coli Mercurio vel Marti similem Germanorum Deum; aut posteros opinatos esse, fuisse statuam alicui Deo positam. Cum enim Cantiones & Rythmi apud Germanos essent eorum diaria & annales, facilis etiam erat interitus memoriæ hujus vel illius Herois, suggerente tempore indies novas cantilenas, novis surgentibus Heroibus per fortia facta claris. Concidit sententia Joh. Aventini, qui Hermioni, quinto Germanorum Regi, positum templum & *Hermiensul* refert, interpretaturq; Hermanni vel Hermionis aulam Irmensulam nostram. Nec meliora sunt, quæ Conrad. Urspergensis, de Saxonibus & Irminsula tradit, dum non ad Harminium eam refert, sed Germanicè interpretatur *Ider mansul*, verba ejus sunt sequentia: Frondosis arboribus frondibus-  
que

Annal. l. 6.  
in fine.

Aventin.  
lib. I. &  
IV. anno  
Bojor.



que venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub dio colebant, patria cum lingua Irminsul appellantes, quod latinè dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia. Probat hoc quoque Ein-  
**Eindius** dius: & quod citatus scriptor dixit *sustinens*  
**in Chron.** *omnia*; hoc, servato ejus etymo, alii refe-  
**Zeland. l.** runt ad universale asylum; Crantzio, &  
**2. p. 138.** ex eo Munstero quasi *Idermansul* est asy-  
**Crantz.** lum publicum. Nec ineptè forte *Hermien-*  
**lib. 3. Sax.** *sul* dicitur asylum publicum fuisse, nam  
**cap. 9.** diu est quod statuæ Principum asyla fue-  
**Munst. l.** rint. Quod etiam jura nostra multis locis  
**3. Cosm.** probant, illique qui de Asylis & Statuis  
**cap. 43.** scripserunt. Sed inde dictam, absurdum,  
 non enim Statuæ qualescunque erant A-  
 syla, sed ideo erant statuæ Asyla, quia Prin-  
 cipibus posita erant, à quibus vim Asyli ha-  
 bebant, non à statua aut columna. Oportet  
 itaque *Hermiensul* Principi aut Heroi apud  
 Germanos positam esse, & cui melius, quàm  
 Harminio, cujus nomen gerit, postea-  
 que factam etiam asylum. Quod etiam alia  
 originatione in voce hac invenit Clariss.  
 Spelmannus, qui *Hermiensul* conjicit dictā  
 ab *Er-Marte* (quam tamen violentam con-  
 jecturam supra rejecimus) tum ex *Mun*  
 pro *Mund* tutelam, profugium, indè hodie  
*Mund, Vormund, & Sul*, columnam deno-  
 tante. Quasi *Er-mun-sul* sit Matris colum-  
 na tutelarum, seu profugii. CA.



## CAPUT VIII.

*Refutantur auctores qui à Mercurio vel Marte originem illius derivarunt, probaturque illa nomina ac numina Germanis nostris vix cognita fuisse, sed à Romanis per interpretationem cum cultum Divorum Germanorum cum suis convenire deprehenderent ad nos fluxisse, patet hoc ex Tacit. hist. lib. IV. in fine.*

**S**Ed ut magis pateat, *Hermensul* non fuisse positá Mercurio vel Marti, nobis probandum est, quod illa Numina Romana, seu potius nomina numinum Romana, Martis, Mercurii, Saturni nec cognita nec usurpata majoribus nostris fuerint, sed quod illa nomina à Romanis horum Diis imposita, præsertim quando cultum Germanorum Deastrorum in quibusdam cum suis convenire deprehenderent; hoc clarissimè testatur Tacitus, cum antiquæ Religionis lucum apud Naharvalos indicasset, Deos, inquit, interpretatione Romani Castorem Pollucemque memorant: & sub finem quarti Historiarum, Ditem Patrem, insignibus, quæ in ipso manifesta, aut per ambages conjectant; ex hac autem conjectandi libidine, monstra errorum

Tac. Hist.  
l. 4. in fin.



**Crantz.**  
**in Saxon.**  
**lib. XI. c.**  
 126

**Jul. Cæs.**  
**lib. 6. de**  
**bell. Gall.**

**Silius Ita-**  
**licus l. 9.**

**Macrob.**  
**Saturnal.**  
**lib. I. cap.**  
 20.

rū à Scriptoribus nobis obtrusa, quis ignorat? Exemplum præbet idolum *Krodo* vel *Kroden*, quo adhuc in rei pessimæ detestationem Saxones utuntur, cuius, cum *Hama*, *Irmo*, *Flinno*, *Siba*, aliis Saxonum Numinibus mentionem facit Saxo Gramm. lib. I. in arce Hartesburgk juxta montem Melibock erecti, quod Saturno comparant: Erat hoc Idolum in pisce stans, rotam ac urnam tenens lubricæ variantisque fortunæ, fragilitatisve nostræ indices; verissimè autem à Germanis Sol in eo colebatur, nam postquam majores nostri sensu corporis magis, quam animo Deum intueri cæperunt, teste Jul. Cæs. ad solem lunam atque sidera oculos converterunt, ea quasi numina venerati sunt, quum eorum pulchritudine maxime moverentur: Interim cū in sole colendo ritus à Saturno suo non alienos Romani apud Germanos observarent, Idolum Germanorum in suum Saturnum transformarunt, nam ille, uti Sol, auctor temporum, fator ævi, teste Siliio, habebatur, inde quoque immutata littera  $\chi\rho\acute{o}\nu$  quasi  $\chi\rho\acute{o}\nu$  Germanorum, idem cum  $\chi\rho\acute{o}\nu$  Græcorum & Romanorum Saturno, esse debuit. Ideoque dies Saturni, Germanis *Sonnabend*, Belgis ab eo *Saturdag* vocari debuit. Idem de Ermin vel  $\eta\rho\mu\iota\nu$  dicendum est, quum Harminius Cheruscorum in bellis Præses fuisset, &

**Mars**



Mars Romanorum bellis præesse crederetur, ex affinitate officii ac nominum ex Heermin Columna, Hermetis vel Martis columna à Scriptoribus facta est, quamvis per Martem & Apollinem etiam solem venerati sint, ut ex Vossio constat. Tempore Julii Cæsaris Germani ne fama quidem hæc numina ac nomina acceperant, quem itaque alii adscribunt Germanis Mercurium aut Martem aut Isidem, hoc suâ, non Germanorum linguâ faciunt.

Vossius  
de Idololat.

Jul. Cæs.  
lib. 6. de  
Bell. Gallico.

## CAPUT IX.

*De Luco, ac loco, sede ac fano inclytæ nostræ Herminsulæ.*

Satis puto originem *Hermensuel* nos indicasse: ordo dissertationis postulare videtur, ut etiam locum, ubi steterit *Irmensula* nostra vel *Hermensul*, ex vetustioribus, quantum possumus, monumentis demonstremus. Ut in scriptione, origine, etymo, ita nec in loco columnæ nostræ, fani ejus, Idolique conspirant Scriptores; omnes tamen in eo conveniunt, quod Saxonia vetus seu Westfalia fuerit locus Idoli. Longissimè illi aberrant à vero, qui Mersburgum in Misniam ad Salam detruunt, quam forte nunquam Varus cum suis legionibus vidit; decepti quod *Heroburgi*, vel *Eresburgi*, veteres annales dicant

cul-



cultum idolum, quod alii falsa originatio-  
 ne nominis inducti, *Mersburgum* voca-  
 runt; alii postea Mersburgum ad Salam  
 transtulerunt, cum Heresburgum in Ger-  
 mania amplius non invenirent. Quæ res,  
 ut verè Illustrissimus Præsul Paterbornen-  
 sis, *Ferdinandus* ait, nullam, aut levem du-  
 bitandi causam habet, utrum Eresburgum  
 sit in veteri Saxonia, an ad Salam Thurin-  
 giæ flumen: Quia omnes Scriptores col-  
 locant in Saxonia & quidem *ad Lupiam*, ut  
 ipse Præsul & Doctissim. Meybomius satis  
 probarunt. Propius ad nos, & ad verum  
 accedunt qui ad Visurgim seu ejus ripam  
 sedem ei figunt, videatur Ado Viennensis  
 Non enim *Harminii Mons* inclytus à castro  
*Herois Harminii ab illo cum regnum affecta-*  
*ret* teste incomparabili Sæculi nostri an-  
 tiquitatis ruspitatore WINCKELMANNO,  
 Patrono nostro, ad securitatem & splen-  
 dorem exstructo, ultra tres horas à Vi-  
 surgis ripa distat, ita ut commode à Roma-  
 nis & Francis Scriptoribus dici possit, ste-  
 tisse ad ripam Visurgis, quod tantillum di-  
 stat à flumine, ita etiam alii ad fontes Lup-  
 piæ collocant, quia nec isti longè à *Monte*  
*Herminii* absunt. Nec longè, longius ta-  
 men abeunt, qui ad Ruram flumen ejus-  
 que confinia stetitisse *Hermensul* putant,  
 quod fecit Joh. Letznerus, ex multis Chro-  
 nicis conscriptis celebris, in Vita Caroli  
 Ma-

Monum.  
 Paderb.  
 nov. edit.  
 pag. 103.

cap. 27.



Magni, ductus aut seductus forte per Hertzbergam, nunc Hertzberg urbem, quæ inter Ruram & Monam sita est. Magis ad *Harminii Montem* accedunt, qui ad *Luppia fontes* collocant, quorum maxima est copia, Ernest. Brotrufius Histor. Anhalt. M. Wagnerus, Lampadius. Huc ducti per Scriptores Francicos. Longius recedunt, qui Driburgum arcem diecœsis Pader-nensis transferunt: quod fecit Tileman-nus Frisus, hoc enim sex horarum itinere distat à nostro Monte. Longissimè, ter eos, qui Merspurgi in Misnia fuisse ad ad Salam volunt, abeunt, qui Eresburgi fuisse putant, quod nunc volunt esse Stad-berg in fluminis Dimeles initiis sitam urbem, quæ à fontibus Luppia & Amisia decem & duodecim horarum itinere, à nostro Monte quatuordecim distat. Pro hac sententia tamen pugnat tanquam pro aris & focis, Vir Clarissimus & de Antiquita-tibus sequiorum seculorum, in primis Ger-mania & in ea Saxonie bene meritus, nostras, Henricus Meybomius, in Irmensula Saxonica, cujus magna pars occupata est in eruendo ex vetustate Eresburgo, & collocando ibidem Irmensula Saxonica e-jusque fano. Qui etiam Illustrissimum Præfulem Ferdinandum de Furstenberg, in Monumentis Illustribus, quæ Pader-bornensibus suis posuit, in suam senten-

cap. 21.

Brotruf.  
lib. 1. c. 14.  
Wagner.  
in vita Ca-  
rol. Mag.  
Lampad.  
Mellefic.  
hist.  
Tileman.  
in Specu-  
lo de Mo-  
net. lib. 3.  
c. 1. & 8.

D

tiam



tiam protraxit ; Quare ibidem loci sequens Monumentum posuit.

HOSPES. ERESBURGI. PRÆRUPTAM. CONSPICIS. URBEM.

ANTIQUA. CELEBREM. RELIGIONE. LOCUM.

MARTIS. IBI. QUONDAM. SIMULAGRO. NOBILE. FANUM.

SAXONIÆ. COLUMNEN. PRÆSIDIUMQUE. FUIT.

QUOD. LEO. VASTATUM. CAROLI. VICTRICIBUS. ARMIS.

SACRAVIT. VERO. RESTITUITQUE. DEO.

#### CAPUT X.

*Ad examen revocantur sententiæ Virorum Illustrium, qui Stadtberge Herminfulam hanc vet. Sax. Idolum destructum esse tradiderunt, probatur ex vetustissimis scriptoribus in monte Hermienburg ad flumen Ambram non procul à Schiderenburgo & pago Hagen in quo natalem Domini Carol. M. celebrasse annales francicos referunt veram illius sedem ac fanum exstitisse.*

**O**Peræ pretium nos facturos censemus, si illam à tam Magnis Viris propugnata sententiam ad examen revoca-

ca-



caverimus, tum erroris convincamus, errorisque fontes indicemus. Clariss. Meybomius, postquam diversam scribendi rationem ex variis Scriptoribus probasset, quod urbs hæc vel *castrum*, vel *castellum*, vel *civitas*, ita variè enim à mediæ ævi Scriptoribus vocatur, nunc *Eresburgum*, nunc *Eresbergum*, nunc cum aspiratione, de qua supra à nobis dictum, *Heresburgum*, *Heresbergum*, *Hareburgium*. *Heroburgium* & ineptè *Erichsburgum*, *Ersberg* & *Ertsberg*, aliquibus etiam *Merseberg* & *Marsburg*, quasi Martis Montem, & *Areburgum* appellata sit; posteaque contra Crantzi-  
 um probasset, non esse Mersburgum Misniæ ad Salam, sed Mersburgum Saxonum; tandem collocat id ad flumen Dimolam, vultque Stadtberg hodiè vocari. Fundamentum hujus opinionis fumsit primum ex Wittekindo, qui describens bellum civile Ottonis Cæsaris cum fratre Danemaro, vel ut Ditmarus eum nominat, Tam-mone, id in Westvalia gestum refert, & Danemarum occisum in Templo Petrino Eresburgi. Verum id testimonium non probat, Stadtberg esse Heroburgum vel Eresburgum Saxonicum, sed tantum in Saxonia fuisse Eresburgum, & Eresburgi fuisse Templum S. Petro consecratum, quod nec alienum à Monte nostro Hermi-nii, ut postea patebit. Alterum fundamen-

Lib. de Ir-  
 mens. cap.  
 2. & seqq.



Henric.  
de Her-  
vord. Mo-  
nachus  
fuit Bene-  
dict. Min-  
dens.

tum est, quod Leo Papa consecravit in He-  
resburg sacellum S. Petro, teste Henrico  
de Hervordia ad annum Caroli 4. Christi  
805. *Item perlatum est, inquit, ad Imperato-*  
*rem, sanguinem Domini in Mantua civitate*  
*fuisse repertum: misitque ad Papam, ut hujus*  
*rei veritatem perquireret. Qui nactus occasio-*  
*nem exeundi, primo in Lombardiam, quasi*  
*pro dicta inquisitione, progressus est, indeque*  
*subito arrepto itinere ad Imperatorem venit*  
*ad Karisiam, villam juxta Remis, & Natalem*  
*Domini secum celebravit. Deinde Aquisgra-*  
*num Papam Imperator perduxit, & post in Sa-*  
*xoniam Antiquam, ibi Capellam in Bergker-*  
*ken prope Mindam consecravit. Campanula*  
*quedam, quam reliquit, etiam nunc videtur*  
*ibidem. Capellam etiam S. Petri in Eresberg,*  
*quæ nunc Mersberg dicitur, consecravit. Ve-*  
*rum illa consecratio campanulæ in Berg-*  
*kerken qui hodie adhuc existat in monte*  
*prope Mindam, & consecratio Capellæ*  
*S. Petri in Eresberg, si vera est, magis con-*  
*venit nostro Monti Herminii, quam Stad-*  
*bergæ, quæ Minda viginti quatuor ferè*  
*horarum spatium distat, cum Mindâ redux*  
*Imperator cum Pontifice nostrum Har-*  
*minii montem transire, debuerit, qui Minda*  
*præter propter tribus miliaribus distat. Di-*  
*ploma autem dedicationis Capellæ in Eres-*  
*burg præter alia titulus Imperatoris & Au-*  
*gusti Caroli M. anno V. vel sexto demum*  
*Leo-*



Leonis III. P. dati & ita appellati & Coronati suspectum reddit: vidit hoc Baronius ad Anno 799. n. XI. quare pro Imperatore Regem Francorum in margine notat.

Tertium fundamentum petitum est ex privilegio consecrationis, quod Leo Papa III. reliquit certo fine die & anno, varia enim hujus sunt exemplaria, teste ipso Illustriss. Præsule Paderbornensi sæpius laudato: quod etiam ex Henrico de Hervordia refert Meybomius. Habet id Cardinal. Baron. ad ann. 799. n. XI; paulò tamen aliter quàm Henricus de Hervordia, quæ & aliæ rationes valde suspectum reddunt istud dedicationis hujus privilegium. Quicquid sit, si vere ex Regesto Innocentii IV. qui tamen aliquod seculis post Leonem III. sedit, depromptum sit, probat id tantum in Saxonia fuisse Heresburgum, in eo dedicatum fuisse ad Capellam D. Petro Apostolo, non vero, Heresburgum esse illam urbem, quæ ad Dymelam nunc vocatur *Stadtberg*. E contra multa sunt ab historicis de expeditione Caroli relata, quæ plane non Heresburgo illi Meybomii seu Stadbergæ, aptissime vero nostro Monti *Hermiensburg* conveniunt. Primum & stringens argumentum est, quod antiqui & coætanei scriptores ponant Eresburgum ad Lupiam, id est in confinio Lippiæ, quod plerumque intelligunt, non tan-

Ad ann.  
Carol. M.  
4. Christi  
805.



tum in ripa fluminis, sed etiam si aliquantum, non nimium, distet. Quæ res minus dubii habet, in scriptoribus Francicis, quia tam longè distiti erant Eresburgo, nec Saxoniam notitiam habebant aliam, quam audirent. Stadtberga autem non ad Luppiam, sed Dimelam & quidem plus minus horis decem distat à fontibus Luppiæ. Tum secundo, confines in Historia Caroli loci, optimè concordant cū nostro Monte Hermiensburg, dicitur enim Carolus *Luidi ad Ambram hodie Lude an der Emmer Natalem Domini celebrasse*. Quæ semi horulæ spatio à nostro Monte distat; Auctor. Annal. Franc. editus à Canisio, si vera scriptura, eam vocat *Lutundi*, & Regino ad ann. 784. vocat *Linhidi*: memoratur etiam Antiquissimis Scriptoribus *Schidra* aut *Schidroburgum*, ornatum à Carol. M. in æternam rei gestæ memoriam Collegio & Templo, quod adhuc de *Kercke in aulen-schider* dicitur: ibi sæpè castra & diversorium Regis. Adelmus Benedictinus ad annum 784. *Rex Carolus, congregato iterum exercitu in Saxoniam profectus, celebratoque in castris Natalitio Domini die, supra Ambra fluvium in pago HUTHAGE hodie Hagen to Lude juxta CASTRUM SAXONUM, quod dicitur SCHIDROBURG, & locum vocabulo Rimi hodie Rime, quo Wisera, & Waharna conflunt, populabundus accessit*

Adelmus  
Benedict.

Henric de  
Hervord.

Ad Ann.  
784.

fit



*fit; Item Poëta antiquus editus à Keubero, ad annum eundem.*

*Arva petens, juxta fluvium confederat Ambra*

*Est ibi Castellum quod Schidrenburg vocatur.*

Facit huc tertio, quod Carolus non procul à *Scydra* vicerit & profligaverit Saxones, cum illi Eresburgum occupassent iterum, unde non procul *Scydra* campus, victoriæ ejus monumentum nomine suo refert, qui *Siegholts*, quasi silva victoriæ nominatur, & ab occidentali parte Versus Bardorum pagum & Fanum ibidem vetustum vulgò *Oestera* alius campus, qui *ob den dooden köppen* adhuc hodie vocatur, ubi fama & relatio hominum vult profugos à Carolo cæsos esse. Hæc loca duorum dierum iter fere distant Stadberga.

In Monument. Ludæ p. 202.

### CAPUT XI.

*Probatulr ulterius clarissimis argumentis Monumenta nostræ Herminisulæ veteris non Stadtbergæ verum in monte Harminii ubi postquam regnum affectarat arx herois hujus exstitit quærenda esse, quum ibidem omnia quorum mentionem Annales Francici faciunt luculentissima vestigia reperiantur.*

D 4

Porro



**P**orrò quarto referunt annales quòd a-  
 quæ penuria laborarit exercitus Cæsa-  
 ris Caroli, cum Heresburgum superasset  
 & *Hermiensul* destrueret, quodque subito  
 in Monte fons vel scaturigo eruperit. Re-  
 gino ad ann. 772. *Primo impetu* Carolus  
 ad Ann. 772. *Heresburg castrum cœpit, & ad Hermanfaul*  
*usque pervenit, & ipsum fanum destruxit, &*  
*aurum & argentum, quod ibi reperit, abstulit.*  
*Erat autem tum siccitas magna, ita ut aqua*  
*deficeret in supra dicto loco; & dum vellet ibi*  
*Rex duos aut tres dies manere, ut prædictum*  
*fanum funditus destruere posset, & aqua exer-*  
*citui deesset, subito divina largiente gratia*  
*omnibus insciis, in quodam torrente aquæ effu-*  
*sa largissime, ita ut omnis exercitus sufficien-*  
*ter haberet. Quæ Regino videtur descrip-*  
 sisse ex anonymo scriptore annalium Ca-  
 roli M. à Frehero editi tom. 1. ad ann. 782.  
 Qui loco torrentis meminit aquæ ex qua-  
 dam cavitate erumpentis. Et Egolismen-  
 sis Monachus, apud Pithœum, in vita Ca-  
 rol. M. Subita inquit Christi gratia, medio  
 die apparuit iis Torrens ebulliens salubres  
 aquas, ex qua exercitus & jumenta suffi-  
 cienter recreati. Hic merito cum Illustris-  
 simo Præsule Paderbornensi, cum sibi a-  
 quas deficere sentiret, ut hæc cum Stadt-  
 berga conciliaret, exclamamus: Quæ ad  
 Dimolam [ si nimirum in illa Heresbur-  
 gum ] esse potuit aquæ penuria? An Victo-  
 rem

Pithœus  
 in vit. Ca-  
 rol. M.



rem Francum Saxones hostes aquatione prohibuere? Certe exercitui sitienti, non magis defuit, quam ingenio, sedem Eresburgi ad Dimolam propugnanti, aqua hic hæret. Nobis non deficit, qui non Stadbergam; sed Montem Herminii Eresbergam contendimus fuisse, nam in istius vertice, seu suprema planitie hodie dum apparet torrens quadrata forma, aqua limpidissima, in quo tempore æstivo sæpe numero apri volutantur, Neque deest nobis etiam Capella, cujus meminit privilegium, si verum, Leonis III. Pontificis; In vertice ac radice enim Montis, vulgò ad *Eschenbrock* apparent rudera in altum adhuc surgentia; Vocaturque hodie *Hilgenhus*, à Carolo qui & mensibus Germana nomina indidit, ita dictus & exinde pagus adjacens *Hilgenhusen*. Adhabitantes etiam referunt ex senum quasi per manum datis relationibus, Capellam hanc S. Petro fuisse sacram: Multa insuper de hoc primo Saxoniae templo, infra *Hermiensburg* posito tradit Vir pius nostras Pideritius Lippiens. Chronica.  
Lipp. Annalium conditor Clarus, sed cum absq; auctoritate ulla hæc proferat prohibet reverentia, ut de primio hoc Religionis Christianae templo, quo nullum vetustius in Saxonum oris exstat, temere certi quid sine auctore affirmemus. Hujus Capellæ diserte meminit scriptor anonymus. Vitæ



Anonym<sup>9</sup>  
 scriptor.  
 Hildesie  
 exstans.

Chytræus  
 in Orat.  
 Westph.  
 Monzam-  
 ban. c. 3.  
 vid. & E-  
 ginbart in  
 vitæ Ca  
 rol. cap. 7.  
 post med.

Caroli Magni, qui in Monasterio S. Got-  
 hardi Hildesie affervatur; domumque à  
 Carolo conditam, infra castrum ponit;  
 verba sunt hæc: *Cum iterum redi vivo cer-  
 tamine bellum reparassent, apparuit Dei glo-  
 ria manifeste supra domum Ecclesie, quæ erat  
 infra castrum, duosanguinea scuta, videnti-  
 bus multis Christianis & profanis &c.* Quin-  
 to etiam Comites de Pymont, nomine  
 & natione Franci hic sedem habent, reli-  
 cti à Carolo ad tutelam & regimen Saxo-  
 niæ, ut cohiberent Saxones, si iterum re-  
 bellare tentarent; quem morem Chy-  
 træus & Personatus Monzambano, vere  
 D. Pufendorff, probant. Habent adhuc  
 hodiè non longè ab Hermiensburg nostro  
 arcem suam Comites Pymontani, splen-  
 didissimam, in aperto campo, ad formo-  
 sas acidulas Pymontanas, quæ latius  
 exsequi non patitur instituti nostri ratio.  
 Sexto numismata in pede Montis Harmi-  
 nii ab agricolis effossa probant hic fuisse  
 Harminium quendam, quæ ab inclyto he-  
 roe, principe ac comite Pymontano Ge-  
 orgio Friderico Ordinum Generalium dū  
 viveret Mareschallo adservabantur in  
 quibus ab una parte homo seu miles vide-  
 tur, habens more Sicambrorum crines in  
 nodum retro retortos; ab altera parte  
 legitur *Heerman*, per medium numisma-  
 tis exaratum, non ut Romani solent, in  
 cir-



circulum exaratis Characteribus, nomen. Accedunt insuper rudera in Monte nostro Herminii, nam ingens murus in summitate eum instar coronæ cingit, qui adhuc ad tres, quatuor vel quinque pedes in altum eminet, quem vallis circumquaque ambit. In una parte planitiei intra murum magnus lapidum cumulus videtur, de quo nil dici aut conjici potest quid fuerit; in altera parte apparet murus quadratus, etiam aliquot pedes è terra eminens, ita ut vel domus vel *Capella* fuerit. Quæ omnia Stadbergæ frustra quærentur, fatente Præsule Illustrissimo in Monumentis Paderborn. in Eresburgo suo, hodiè Stadberga, nulla aut exigua castriveteris vestigia superesse; quare nec Eresburgum Stadberga esse poterit, nostra verò Hermiensburg esse potest, quem etiam, qui acidulas invisunt, tanquã Montem & castrum Harminii ascendunt, & nomina sua arboribus inscribere solent, quod Poëta Anonymus ad Comites Pymontanos olim eleganter expressit.

Monum.  
Paderb.  
in Eresb.

*Quique salutaris Pymont de gurgite fontis.*

*Exipiunt undas divinas, Culmina Montis,*

*Herminii Statuæ, quæ sunt loca sacra, re-*  
*visunt,*

*Et mansura sui longum Monumenta per*  
*evum*

*Nomina frondosis, incidunt undique trun-*  
*cis.*

CA



## CAPUT XII.

*Demonstratur Hermiensburg, Hermsburg, Hersburg, Eresburg nil differre sed synonyma esse propter difficultatem literæ M. ita variè detorta fuisse.*

**F**orte *Eresburg* nobis refragari posset, quod multum differt ab *Hermiensburg*; sed id non ita longè abire fatebitur, qui veterum nominum detorsiones in Historia observavit *Hermiensburg*, primum *Hermsburg*, & illud propter difficultatem literæ *M.* paulatim in *Hersburg*, mox *Eresburg* transiit. Nec forte adeo inficeta conjectura dici posset Montem fuisse *Hermini* seu ab eo nominatum, arcem vero in monte vocatam, *Heresburgum*, idq; à Cheruscis, populis quorum Dux Harminius fuit, ipse Cheruscus, ut *Heresburg* sit quasi *Cherusbürg*, in ipsa vero arce positam. Duci columnam, *Hermiensulam* vocatam, ita Dux bina Monumenta, Montis nomen & columnam; socii Cherusci, quorum ope Romani cæsi; castrum suæ virtutis & fortitudinis habuerunt. Istam quoque hæsisse conjecturam Doctissimo Viro, & in antiquitatibus maximè harum regionum versatissimo, Hermanno Ewichio, observo, dum in mappa Geographica, inserta *Teschemacheri* annalibus, referente typum.

Herman.  
Ewichius  
Prestor Ver-  
salicensis.



pum Patriæ ejus Juliæ, Cliviæ & Montium, item Saxoniam tempore Julii Cæsaris & Caroli Magni, inter Ruram & Monam amnes, collocat Heresburgum, additque *agnosce hic nomen Cheruscorum*. Qua stante conjectura, cuncta quæ de Mercurio, quem *Hermin* quidam dictum volunt vel *Irmin*, quam sententiam tuetur Doctissimus Spelmannus, ut & de Marte: ejusque cultu apud Saxones & Germanos comminiscuntur Scriptores, concidunt; dum *Irmin* ab *Hermete*, *Heresburgum* à *Marte*, qui à *ἄρης* Græcis dictus, deducunt: quod et idem conatur Spelmannus, ex eoque columnam vel Mercurio vel Marti, uti & *Hermiensburgum* fuisse consecratum, Numinaque illa à Saxonibus culta. Quare & posteritas *Martispurgum* vocavit, vel *Montem Martis*, ut Græcam vocem *ἄρης* ut putabat, Latinè efferret. Quod recentiores demum fecerunt, fatente id *Gobellino*, cujus locus prolixior est quam ut possit hic inferi, dignus tamen qui de *Monte nostro* & *Irmenfula* legatur, vel in ipsius *Cosmodromio*, vel *Apud Meybomium de Irmenfula*, qui totum exhibet cap. 5. Ex quo hæc tamen sententiæ nostræ commoda transcribimus, quod expresse neget *Heresburgum Montem Martis* appellatum; additâ etiam ratione: *Et inde, inquit, supra dicti, accipientes occasionem, dixerunt Montem*

Spelman.  
in Gloss.  
& Gobe-  
linus.

Spelman.  
in Glossa.

Meybom.  
cap. 5.

teine



rem Martis, sed non reperiuntur libri antiqui, nec privilegia nec literæ aliæ, quæ habent quadringentos annos, ubi reperitur hoc nomen Montis, Martis, de loco supra dicto. Quæ valde suspecta faciunt diplomata de Monte Martis, vixit enim sub Imp. Sigismundo & fuit Decanus Bilefeldensis, ut procul dubio ei loca illa & diplomata cognita fuisse oporteat, quæ ab anno millesimo ab eo negantur. Nil tamen sine tabularum inspectione de iis affirmare possumus aut audemus. Hoc tamen de Monte Martis conjicimus, forte melius & certius à Marsis Germaniæ populis, quàm à Romanorum Marte illis ignoto numine, derivari posse. Nec opus eorum conjectura, qui ab Hera, quæ Græcis Ἥρα Latinis Juno est, Heresburgum ducunt. Melior fortè adhuc Gobelini opinio qui ab honore, Germanis *Ehr*, Eresburgum deducit, quasi fuerit locus venerationis, concurrentibus undique Saxonibus Eresburgum ad colendam Irmensulam nostram. Sed hisce detorsionibus non indigemus, cum omnia sunt Germanicæ originis, castrum à Cheruscis, Mons ab Herminio pariter cum columna nomen habent. Est tum Eresburgum non longè à ripa Visurgis, non procul à fontibus Luppia, est in Saxonia, cum exclusione Misniæ & Salæ.

Vide thes.  
13. & veterustiff.  
Saxonia  
Script.

CA.



## CAPUT XIII.

*Conciliationem Variorum scripto-  
rum in se continet, qui mox Stadt-  
bergam, mox Eresburgum, mox  
montem Martis, mox Hermins-  
burgum & Heresburgum pro loco  
ac sede Hirmensulæ nostræ in scri-  
ptis reliquerunt.*

**N**ec tamen præfractè negare volumus,  
*Stadbergam potuisse olim habuisse Eres-  
burgi nomen, vocatumque fuisse sequiori-  
bus temporibus Montem Martis. Quod  
magis adhuc persuadent ea, quæ Doctiss.  
& Illustriss. Præsul de Fürstenberg in suo  
Monumento, quod Eresburgo ad Dime-  
lam posuit, tum ea quæ Doctissimus Mey-  
bomius de ea differuit. Quare ad eam con-  
jecturam dilabimur, plura fuisse loca, quæ  
nomen hoc forsitan etiam Idola Germa-  
norum habuerunt, omnia tamen in Saxo-  
nia sita. Primum Eresburgum ad Dime-  
lam, tum secundum Eresburgum inter Mo-  
nam & Ruram, nunc Hertsberg vocatum,  
quod Heresburgum nominat Hermannus  
Ewichius, supra laudatus, cui etiam immi-  
net Mons quidam, & Tertium in Monte no-  
stro Herminii, ubi Columna Herminii Ir-  
mensula extitit. Juvant conjecturam no-  
stram, quod antiqui Scriptores Francici  
distinguere videantur inter Eresburgum,  
&*

Monum.  
Paderb.



Vita Car.  
M. p. 16.

Lambec.  
in Biblio-  
thee. Vin-  
del. lib. 2.  
c. 5. seg.  
32. p. 401.

& locum devictorum Saxonum & destru-  
cti Idoli. Egolismensis Monachus in Vita  
Caroli Magni à Pithœo editus hoc innuit.  
*Deinde Synodum tenuit Carolus ad Wor-  
matiam, & inde perrexit Saxoniam, & Eres-  
burgum castrum cepit, pervenitque usque ad  
Ermensul, & ipsum fanum destruxit, & au-  
rum & argentum quod ibi reperit, abstulit;*  
Cætera ejus de torrente jam in anteriori-  
bus relata sunt. Item Regino ad añum 776.  
Et annales Francici, (qui Astronomo ad-  
scribuntur Ludovici Regis domestico,  
quem Reuberus edidit, & Clarissimus  
Lambecius, conjicit fuisse Eginhardum,  
qui nobis vitam Caroli Magni dedit, po-  
steaque pertæsus vitæ aulicæ factus est  
Monachus Benedictinus, atque Abbas  
cœnobii Seligenstedensis in Franconia tri-  
bus milliaribus Francofurto distantis) ad  
Ann. 780. *Transiensque Carolus per arcem  
Eresburgum, ad fontem Lippia venit. Item:  
Carolus Saxoniam ingressus ad Heresburg ve-  
nit, & inde ad locum ubi Lippia consurgit.*  
Idem probare videtur quoque iter Wor-  
matia incoëptum, ubi Carolus Concilium  
de invadenda & domanda Saxonia habuit,  
tum ei primo Eresburgum, seu Stadberga  
occurrit, tum progreditur ad fontes Lup-  
pia, quæ decem aut duodecim Leucis  
Stadberga distant, & inde ad Harminii  
Montem. Hac ratione forte Scriptores An-  
tiqui



tiqui optimè in concordia duci possunt & recentiores, qui ad Luppiam Columnam à Carolo everfam dicunt. Inter quos Clarissime Crantzius in Saxoni. *Carolus*, inquit, *anno regni ejus tertio decreverat in conventu Regni Wormatia, Saxonum Idololatrias armis expellere. Igitur transmissis Rhe- no, copias ducit Carolus in Saxones, prima- que fertur castra habuisse ad Luppiæ fontem. Si Stadbergam dixeris fuisse tum Eresburgum, ratio itineris Caroli flagitat, ut cum per X aut XII. horas ultra Eresburgum aut Stadbergam progressus castra de- mum prima metatus sit ad Luppiæ fontes, retrogredi debuerit. Progressus autem, pergit Crantzius, cum exercitu nempe à Luppiæ fontibus, si autem Stadberga est Eresburgum, tum Crantzius, non progressum sed retrogressum oportebat dixisse, venit ad Montem Martis. Nempe illustrem Harminii Montem, ubi fanum atque Idolum gentis, quod IRMENSUL à Saxonibus dictum, evertit. Quod latius paulisper executi sumus, quia magni Auctores Stadtbergam nobis pro Eresburgo, seu Monte ubi Irmensula stetit, obtrudere conati sunt; quæ nobis rectius videbatur adferenda Monti Harminii. Properamus itaque nunc ad alia, postquam sedem fiximus Idolo nostro: Non possumus tamen non adde- re, diligentis Germanicarum Antiquitatû*

Wagnerus in vita Carol. M. Lampadi<sup>9</sup> in Mellif.

Crantzius in Saxon.

E

Ru-



In Annal.  
German.  
tom. 1. &  
Spalatin<sup>o</sup>  
in Harmi-  
nii histo-  
ria apud  
Schräd.  
Scriptor.  
tom. 1.

Ruspatoris testimonium, Buccellini, qui hæc nostræ sententiæ faventia habet, ad Ann. 772. *Carolus collecto ingenti exercitu è Francis, Thuringiis & Hassis in Saxones profiscitur. Occupato Heresburgo celeberrimum Arminii Ducis fanum, (ejus qui Quintilium Varum domuerat) spoliat & evertit, & data supplicibus pace, obsides XII. secum abducit.*

#### CAPUT XIV.

*De Temporibus quando Hirmensula nostra sive tropæum hoc Germaniæ Liberatori ac Ornamento æterno Harminio nostro positum fuerit.*

**H**Ætenus ex antiquitate & conjecturis initia Herminsulæ quæsimus, & ni fallor, quantum in tanta obscuritate temporum & defectu scriptorum licuit, invenimus. Nunc progressus ruspandus est. Sed ille difficilior est, quam initia; à Germanis enim nil habemus, quod in literas relatum sit, Romanorum excursus in Saxoniam post tempora Germanici & Tiberii magis magisque defecerunt, & postea ferè penitus cessarunt. A temporibus Caroli Magni notitiam quandam majorem Historici Francorum, quanquam satis concisam & tumultuariam, nobis dederunt. Ab Angusti itaque & Harminii tem-  
po-



poribus, quibus posita nostra Irmenſula in Monte Harminii, nil de Irmenſula habemus; ad conjecturas ergo nobis recurrendum, & quod aliis ſtatuis accidit, hoc etiam noſtræ Irmenſulæ accidere potuit, ut ex Monumento Herois Arminii tranſiret in Idolum, ſeu Deaſtri Statuam. Ita factum ab ultimis retro ſeculis: Poſitæ Heroibus & defunctis imagines tranſiere in Deos. Ad Nimrodi tempora hoc Poëta Chriſtianus Marius Victor, ſub Zenone Clarus, refert,

----- *Nam cum Patris unica proles,  
Spem generis letho ſecum traxiſſet acerbis,  
Infelix Nimrod lachrymas noctesque dies-*

*que  
Continuans, hebetique trahens plangore  
querelas*

*Dum furit, raptumque querit per ſingula  
natum*

*Efficta, mœrum ſolatur imagine vultum.*

Et paulo poſt:

----- *Tum protinus omnes  
Amplexa gentes ſcelus hoc, crimenque ſecuta  
Pro diis quæque ſuis caros habuere Paren-*  
*tes.*

Similia habet auctor libri Sapientiæ, quem forte eſt Victor ſequutus. Ad Serughum Abrahami proavum initia hujus rei refert Cedrenus. *Primus, inquit, Serugh eos, qui aliquid ex virtute geſſiſſent memoria dignum,*

**Lib. 3. in  
Genef.  
extat Bi-  
bliothec.  
Patr. tom.  
8. edit. 2.**

**Lib. Sap.  
cap. XIV**



Libell. de  
Idolor.  
vanit.

cap. xii.

*statuis honoravit.* Qui itaque ædificatione urbium, fortibus gestis, aliisque beneficiis se claros apud homines fecerant, Statuis honorabantur, quem honorem postea superstitiosa quædam adulatio, aut in consulta simplicitas in religionem vertit. Clare Cyprianus: *Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli opud suos, postmodum etiam in morte cœperunt. Inde illis instituta templa, inde ad defunctorum vultus per imaginem agnoscendos expressa simulacra.* Et Minutius in Octavio. *Ergo Deos majores nostri improvidi, creduli, rudi simplicitate crediderant. Dum Reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imagine videre, dum gestiunt eorum memorias in Statuis detinere, sacra facta sunt, quæ fuerant assumta solatia.* Statuis etiam consecratione, quæ certo ritu fieri solebat, Numen inducebant. Affabre Tertull. in Apolog. *Simulacra fatum consecratione mutant.* Et Arnobius, *consecrationem Numen inferre simulachris* dixit. Hoc quoque fatum videtur nostræ *Irmensula* fuisse. Illa primum retulit Harminium, ejusque memoriam, ad æmulationem, posteris conservare debuit, illi vero, cum tempus memoriam ejus paulò obscurasset, ex Harminii columna fecerunt Deum seu Idolum, aut fortè ipsum Harminium Heroem in Deos retulerunt, & divinis cœperunt honoribus colere, posterique vero ignorantes Har-



Harminum, quoddam suorum numinum, in eo honorarunt. Galli cum Carolo Magno in Saxoniam irrupentes, cum formam Irmensulæ viderent, quæ Mercurii aut Martis quid referret, Mercurii vel Martis simulachrum exinde fecerunt. Fanum primitus ei positum aut ei inclusam Hermensulam non putamus, non enim is fuit mos Antiquorum Germanorum tempore Augusti & Taciti. Ita posterior de Morib. Germ. loquitur. *Ceterum nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humanioris speciem assimilare, ex magnitudine cœlestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident;* In silvis enim & Lucis arbores speciatim consecrabant, quas pro numinibus habebant Claudian. de Laud. Stilicon.

cap. 9.

Libr. 1.  
vers. 227.

*Ut procul Hercinia per vasta silentia silvæ  
Venari tuto liceat, Lucosque vetusta  
Religione truces & robora, Numinis instar  
Barbarici, nostræ feriant impune secures.*

Testatur idem Adamus Bremensis Scriptor seculi XI. ineuntis, *Frondosas arboribus, fontibusque venerationem exhibebant.* Fanum itaque postea additum & quidem serius, cum civitates domosque stabiliores sibi Germani & Saxones figerent, etiam Fana Diis suis struxerunt. De suis temporibus Tacitus de Morib. Germ. *Nullas Germano-*

Hist. Eccl.  
lib. 10



rum populis urbes haberi satis notum est, ne pa-  
 ti quidem inter se junctas sedes, colunt discreti  
 ac diversi ut fons, ut campus, ut nemus pla-  
 cuit. Vicos locant, non in nostrum morem con-  
 nexis & coherentibus aedificiis, suam quisque  
 domum spatio circumdat, sive adversus casus  
 ignis remedium, sive inscitia aedificandi. Nec  
 cementorum quidem apud illos, aut tegularum  
 usus, materia ad omnia utuntur informi &  
 citra speciem aut delectationem. Solent & sub-  
 terrannos specus aperire.

## CAPUT XV.

*De structura figura ac forma fani  
 Herminsulæ vastissimi ac famo-  
 sissimi Idoli, nostræ olim gentis.*

Lambert.  
 Schafnab.  
 ad Ann.  
 772.

**D**E Fano ipso ejusque structura nil Scri-  
 ptores veteres, nisi quod omnes fere  
 Irmenfulæ ejusque fani eversi à Carolo  
 mentionem faciant; Lambertus fanum di-  
 cit *Irmenfulam* vocatum. *Carolus*, inquit,  
*in Saxonia Heresburg expugnavit, & fanum*  
*eorum, quod vocabatur Irmenful, destruxit.*  
 Verum Regino, sesqui seculo & quod ex-  
 currit anterior, quem sæpius sequitur &  
 describit, hoc non refert, sed clarè, ut su-  
 pra adsertum, testatur ad eundem annum,  
 Carolum Heresburgo castro expugnato,  
 pervenisse usque ad *Hermansaul* & ipsum  
*fanum* destruxisse, & aurum & argentum,  
 quod ibi reperit, abstulisse. Non tamen re-  
 fra-



fragamur ipsum etiam fanum, in quod postea illata & culta Irmensula, *Irmensulam* vocari potuisse. Rolevincius, scriptor seculi XV. de fano hæc habet. *Multa dicuntur de fortitudine istius loci, deque structura & columnarum pulchritudine, atque decore illius fani.* Unde hæc habeat incertum; de fano hoc etiam ubi de Carolo M. agit, hæc habeat Aventinus, *Antiqui Saxones, & cum primis militares homines, certis iisdem solemnibus & festis diebus armis induti, atque etiam cataphracti, gladiisque accincti, dextra verò cestus ferreos vibrantes, alternis circa Idolum hoc patriæ obequitare, interdum in genua precumbere, opemque præsentem, & in bello secundam fortunam efflagitare.* Huc etiam frequens populus ibat & vota reddebat, multa ibi epulenta Regum populorumque visebantur munera, ingens auri argentique ostendebatur copia. Hoc hic non prætereundum, quòd Chronicon à Clariss. Lambecio editum non in fano, sed in *Luco* collocet Irmensulam, ita ille. *Et Lucum eorum famosum Irmensul subvertit: quod nec abit à moderno Montis nostri situ, quem silva densa tanquam corona cingit.* De ipsa Irmensulæ figura, certius nil habemus ab antiquis. Gallici Scriptores, Carolo M. coævi, contenti sunt illam nominasse; sæpius simpliciter, aliquando adjuncta voce *Idoli*. Eginhardus in Vita Caroli M. *Idolumque, quod*

Avent. lib  
4. Annal.  
Bojor. p.  
187. prima  
etiam ut  
Aventini  
refert.

Ferdin. à  
Furstenb.  
in Monu.  
unde ha-  
beat, ne-  
scio.

Lambec.  
libr. 2.  
Comm.  
de Biblio-  
thec. Vin-  
debon. p.  
371.



*Irmensul* à Saxonibus vocabatur, evertit. Illud certum, cum Columna hæc Harminio poneretur, illam sub dio, non in fano positam fuisse, quod ante dicta probant, & magis Adamus Bremensis, quem, Annalium Vastissimorum Pater, Card. Baronius probatæ fidei Chronogrophum vocat. Hic de Saxonibus hæc habet: *Erant, sicut omnes ferè Germaniam incolentes, & natura feroces & cultui demonum dediti, neque divina neque humana jura polluere vel transgredi inhonestum arbitrabantur.* De nostra Irmensula vero hæc: *Nam frondosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub dio colebant, patria eum lingua Irmensul appellant, quod latinè dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia.* Stetit itaque Irmensula sub dio, secundum Adamum, & fuit truncus ligni non parvæ magnitudinis erectus in altum. Quæ verbote nus transcripsit Abbas Urspergensis supra laudatus, & forte ex utroq; hausit B. Rhenanus qui dicit, *Columnam fuisse ligneam, sub dio positam.* Sic quoque Huld. Mutius. *Qui vult fuisse ingentis magnitudinis arboris truncum in aperto campo erectum.* Ab ista mole trunci in altitudinem surgentis Gloss. Spelmanni supra laudato: *Irmensula est Colossus, Altissima Herminii Columna.* Ita prisca vocabant Statuas maximas. Suidas dictos

Adamus  
Bremensis  
vixit sec.  
XI. vix ul-  
tra duo  
sæcul. post  
Sax. de-  
bellatos.

Histor.  
Eccl. lib. 1.  
c. 6. p. 7.  
edit. Ma-  
deri.

B. Rhenanus  
lib. 2.  
Rerum  
German.  
pag. 139.  
edit. Bas.

Huld.  
Mut. lib.  
XII.



dictos vult: Ἐπὶ τὸ κολύειν τὰ ὄσση, Διὸς τὸ μέγεθος, οἷς μὴ ἐφικνυμένων τῶν ὀφθαλμῶν ὄραν, ab hebetando vesu, quod oculi ad istam altitudinem pertingere non possent. Plinius, de Magnitudine Colossorum; Moles, ait, excogitas statuarum, quas Colossos vocant, turribus pares. Roleving postea adducendus, vocat *Vastissimum totius Saxonie Idolum*. Honoris gratia hoc factum, ut augustiores apparerent Dii & Heroes ex ista statuarum magnitudine, quæ corpus eorum superabat; primum id modicè factum, postea in colosseam magnitudinem, adulatione hominum abiit. Elegans est hanc in rem locus Suet. Tranquilli apud Isidorum. *Cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cepissent, seque ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitaverunt. Igitur ut templa illis, domibus pulchriora, & simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore, honorandos putaverunt. Rudis ista Hermiensulæ nostræ facies, non abludit à simplicitate antiquissimorum hominum, nec Germanorum nec Saxonum, qui rudes statuas nec semper affabre factas posuerunt Diis; A rudibus etiam initiis statuaria incepit, postea ad elegantiam illam demum perrexit, non secus ac pictura. Appositè Lucanus.*

Hist. Nat.  
tur. libt.  
34. c. 7.

Orig. lib.  
8. cap. 7.  
princip.

E s

Ar.



Vid. thes.  
anterior.

*Arboribus suis honor inest, tum plurima  
nigris*

*Fontibus unda cadit, simulacraque mœsta  
Deorum*

*Arte carent, cæsisq; extant informia trun-  
cis.*

Nec improbant hoc jam laudata Taciti  
verba: *Materia ad omnia utuntur informi.*

### CAPUT XVI.

*Descriptio Integre statuæ Hermin-  
sulæ deque columnæ ac fani hujus  
celeberrimi pulchritudine ac de-  
core.*

Chron.  
vetust.  
Saxon.  
Mogunt.  
excusa ex  
in Crantz.  
in Saxon.

Lemnius  
de Plantis

**R**estat ut integræ statuæ signa confide-  
remus, de quibus elegantiora recen-  
tiores: præsertim Crantzius, habet. Erat  
effigies militis toto corpore armati, in a-  
perto amænoque monte super columnam  
erecta, quibus posteris indicaturi erant,  
Heroum præclara belli facinora per co-  
lumnas quasi à terra usque ad cœlum sub-  
lata extare, neque sævientium Aquilo-  
num, temporumque injuria destrui posse.  
In statuæ hujus Capite apparebat *Gallus*,  
qui generoso animo & virtute ab aliis be-  
stiis facile distinguitur. Pugnax enim est  
hinc Veteribus Marti sacra avis dictus, &  
cum propter vigiliam celebris, sic vigilare  
pro patria docere debuit exemplo heroës.  
Dextra hujus militis exhibuit *vexillum mi-  
litare*



*litare cum Rosa*, quæ teste Lemmio refectio-  
nis & fidei Symbolum fuit habitum, quod  
etiam majores nostri ea indicare volue-  
runt, uti patet ex proverbio, quo adhuc  
nos utimur: *Omnia sub hac Rosa* dicimus:  
Hodie non solum *Rosam* vexillum Comi-  
tatus *Lippiensis* exhibet, sed & monti *Her-  
miensburg* adjacentes urbes *Blomberg*,  
*Lemgovia* in insignibus hanc tuentur, ad  
quam etiam nostras Henricus Meybomius  
P. P. Helmstadiensis, cum lauream Poëti-  
cam à Rudolpho II. An. 1509. reportatam  
patriæ referret, sic alludere voluit:

CHRISTE. FAC. UT. INTER. SPINAS. TRIBU-  
LOSQUE. NOCENTES.

HÆC. ROSA. SIT. ROSEO. SANGUINE. TUTA.  
TUO.

Sinistra Idoli *libram* ostendit ancipitis belli  
fortunæ doctorem, hæc etiamnum pluri-  
mis locis publicis incisa apud Cheruscos  
conspicua manet. In clypeo LEO invi-  
ctum ad fortia facta animum, monstrabat  
hodie ducum Cheruscorum insigne. *Pe-  
ctus* inerme *Ursum* præferebat, indicans,  
tanquam Ursis intrepidum militibus esse  
debere animum, neque vulneribus terre-  
ri: hoc *Ursi* signum inclytum oppidulum,  
Hermienburgo adjacens *Bardentrup*, in  
insignibus suis hodiè ostentat & à priscis  
Bardis nomen suum traxisse gloriatur, qui  
fortes animas, belloque peremptas car-  
mi

Meybom.  
in Laureâ  
Poëtica.

Crantz. in  
Sax. lib. 2.  
cap. 9.



minibus olim in longum dimittebant ævum, & quidem cum dulcis lyræ modulis, ut Ammianus refert. Hanc descriptionem

**Munst. l.** 3. c. 433. **G. Fabr. l.** 2. & 64. **Chron. Vet. Sax. edit. Mogunt. German. ling. An. 1492.** **Antwerp. Cimmer. Beceselanor lib. 6. in fine.** **Meybom. c. 5. à pag. 32. ad 41.** **Gobelin. n<sup>o</sup> gener. sextæ c. 38.**

hermensulæ nostræ transcripsit ex Crantzio Munsterus in Cosmogr. sed magis concisè, Georg. Fabric. & Illustris Carolus du Frenne, Dominus de Cange, in incomparabili Glossario ad mediæ ævi Scriptores, in voce *Irmensul*, postquam recitasset laudatam hanc Crantzii descriptionem, subjungit; Hæc omnino præclara, si auctorem Crantzii laudasset, sed vereor ne sit ipse elegantis hujus descriptionis architectus: sed fallitur, hausit enim sua Crantius ex Chronico veteri Saxonico, ubi eadem *Herminsula* est descriptio, sed verbosior, addita proluxa explicatione; Prolixiorem tamen, & suis Beceselenis meritò relinquendam, hujus Crantzianæ descriptionis hieroglyphicam explicationem habet Goropius Becanus. quam totam, nescio quare etiam aliquot foliorum transcripsit in suam *Irmensulam* Meybomius. Melior est relatio Gobelini Personæ, sed tamen proluxior, quam ut hic transcribi possit, totam inseruit suæ *Irmensulæ* Meybomius. Summa huc redit: Idolum *Irmenseul* statuam Hermetis esse. Et quod ob concursus pro sacrificiis, ipsi Idolo faciendis, ex omni regione, à veneratione locus ille *Eresberg*, id est, Mons venerationis; vel à Junone quæ



quæ Græcis Hera dicta fuit, quasi Mons Heræ sit dictus. Postea vaga quarundam curiositate, Montem *Eresberg*, Montem Martis vocatum, quia *Mars* apud Gentiles Deus belli erat, ideoque credidisse illos *Martem Irmin* vocatum, & Montem *Mersberg* nominasse: Sed, addit, non reperiri libros antiquos, nec privilegia, nec literas alias quæ habeant annos quadringentos, in quibus Mons Martis, de Eresburgo inveniatur. Ortum errorem à Wittechindo, qui locum nominat Heresberg, à cultu Martis, quia Saxones ex Græcis essent orti: Ab his abit multum Werner. Roleving. Erant, inquit, in statua prædicta Hermensuel, quatuor Imagines sculptæ, scilicet Martis, Mercurii, Herculis & Apollinis, sed tamen à Marte tanquam principaliori denominabatur locus. Hoc erat vastissimum Idololum totius Saxonie, quod prudenti usus consilio, Carolus primum aggressus est, ut illo destructo citius provinciales ab idololatria animum revocarent. Mira dicuntur de fortitudine illius loci, & de structura, & de columnarum pulchritudine, atque decore illius fani. Unde hæc habeat de quatuor imaginibus, aut vultibus Roleving. incertum; Hac ratione Irmensula in Janum quadri frontem, aut in Hermæam Statuam transmutaretur. Verum quia ista sine antiquo teste proferruntur, vix fides iis haberi potest. Cum in ante-

Meybom.  
cap. 3. à p.  
28. ad 31.

Rolevinc.  
de Situ &  
Moribus  
Westv. l.  
2. cap. 3.  
p. 65. edit.  
Colon.



Plin. Hi-  
stor. Nat.  
lib. 34. c.  
6. Ciccr.  
phil. IX.

antedictis, conati sumus probare, Irmen-  
fulam positam fuisse primitus Harminio,  
magis probabile, eam non Hermæam, sed  
pedestrem Statuam fuisse, quæ ita dictæ,  
quod pedibus incedentium aut stantium  
effigie formarentur basibus suis vel colu-  
mnis innixæ: meminit earum Plinius &  
Cicero: præterea retulisse Harminium,  
quantum quidem Saxones rudes in statua-  
ria exprimere poterant, armatum, uti in  
bellum procedere solitus erat. Ita enim  
veteres solebant statuas fingere, ut quam  
maxime referrent eorum vultus & habi-  
tum, quem repræsentare debebant. Mo-  
vet me, aut firmat conjecturam meam,  
duplex numisma, unum in agro ab agrico-  
lis, alterum in pede Montis nostri Harmi-  
nii inventum, quorum suprâ quoque facta  
mentio & infra ejus typum æri incisum  
exhibebimus, cum inscriptione ab una  
parte nominis HEERMAN, ab altera parte  
referebant militem armatum; utrumque  
ab injuria temporis illæsum erat. Fuisse  
quoque staturæ proceræ, qualis videtur  
fuisse ipse *Herminius*, credibile. Quare ad  
eum volunt respexisse Virgilium, obses  
enim fuit Romæ noster Herminius.

Aeneid.  
lib. XI.  
vers. 750.

*Ingentemque animis, ingentem corpore &  
armis,*

*Dejicit Herminium: nudo cui vertice  
fulva*

Ca.



*Cæsaries, nudique humeri: nec vulnera  
terrent.*

*Tantus in arma patet.*

Quamquam alii alio ista trahant. Vellejus  
Patercul. de eo hoc clarè dicit, *quod manu  
fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus  
fuerit, ardorem animi vultu oculisque præ-  
ferens.* Statuam verò ligneam primò fuisse,  
& rudem, valde probabile, postea cre-  
scentibus Saxonum divitiis, crescente sta-  
tuariâ & architectonicâ, probabile & fa-  
num & Idolum ex lapide fuisse factum.  
Poëta, qui Caroli vitam dedit versibus,  
ut ejus tempora ferebant, plus operis &  
nitoris agnoscit in Statua & Columna Ir-  
mensulâ, quàm ut possit convenire trun-  
co aut ligno.

Libr. 2. c.  
118.

----- *Simulacrum, quod vocitabant*

*Hermensul, cujus factura, simulque Co-  
lumna*

Poëta A-  
nonymus,  
satis anti-  
quus.

*Non operis parvi fuerat, parvique decoris.*

Opera, quæ impensa fuit destructioni fani  
& columnæ, tridui, ut Astronomus aliique  
tradunt, atque exercitus militum, quem  
Imperator adhibuit, sufficienter probat,  
alicujus molis fuisse fanum hoc & colu-  
mnam.

Astrono-  
mus An-  
Franc.  
conditor  
suprà E-  
ginhart.  
ascripto-  
rum.

## CAPUT XVII.

*Quibus temporibus Hirmensula no-  
stra fano fuerit inclusa.*

**S** Statua hæc columnæ insistebat, *Seul* vel  
*Suel*



*Suel* est nobis columna. Ex more statuarum pedestrium, quæ vel basi vel columnæ impositæ stabant. Faciunt huc, supra de trunco ligni ex Scriptoribus relata. In hoc primitus rudis Herminfula potuit collocata esse, sub dio, postea elegantius formata, prout Statuaria crevit apud Saxones; Tandem probabile, cum in Idolum degenerasset, fano etiam fuisse inclusam, nec ut dicemus postea, substitisse in uno loco. Statuas columnis imponi solitas, ab ultima antiquitate notum est, nec tantum apud Romanos & Græcos, sed & apud alias Gentes. Factum, id ut Dii & Heroës, uti eminenti virtutibus, ita postea, eminentiori loco positi, iterum emerent, & melius à mortalibus spectari possent. Plinius causam indicat in Natur.

**Plin. lib. 34. cap. 6.** *Hist. Columnarum ratio erat attolli supra cæteros mortales.* Nec mansit Idoli cultus Eresburgi, aliò etiam, videtur migrasse; Chronicon illud antiquum, quod Moguntia editum supra laudavimus, diserte dicit, Idoli effigiem in reliquis Saxonum templis depictam fuisse. Præ cæteris tamen inclytum fuit, quod Eresburgi asservatum. Firmat Saxonici veteris Chronici relationem de diversis locis, ubi istiusmodi Idola & imagines positæ & cultæ, Crantzius, qui refert Irmensulæ simile simulachrum conservatum diuque post visum Corbejæ cum



cum in scriptura: DUX. EGO. GENTIS. SAXONUM. VICTORIAM. CERTAM. POLLICEOR. ME. VENERANTIBUS. quod alii adscripserunt Merspurgo in Misnia ad Salam, inter quos Schedius, qui falso Ditmarum, à se non inspectum, laudat, ubi nil tale de Irmentula legitur. Rectius judicat Meybomius, qui Cranzium ista ex veteri Chronico Saxonico descripsisse ait, non tamen recte intellexisse. Germanica enim sic vertenda esse:

SAXONUM. OLIM. EGO.  
DUX. FUI. ET. DEUS.  
ADORAVIT. ME. POPULUS.  
MARTIS.  
QUÆ. ME. VENERATUR. GENS.  
ACIEI. CORNUA. GUBERNANDA.  
CONCEDO.

Aliorum locorum Irmentulas, in Saxonia positas, invidit nobis temporum & Scriptorum Saxonorum injuria & penuria.

## CAPUT XVIII.

*Probatum quod illa quæ de Herminsula Hildesii scriptores referant contra fidem veterum annalium sint, qui destructam Herminsulam nostram uno ore tradunt, de fato Herminsulæ ejusque demolitione ac abolitione verâ.*

E

Quæ

Saxon. l.  
2. cap. 9.

Sched. de  
Diis Germanor.  
Syng. 3.  
c. 3. p. 477  
Ditmar.  
lib. 2. fol.  
15. edit.  
Reuber.  
falsè laudatus.



Letzner. in  
Chron.  
Corbeja  
& Carol.  
M. vita  
German.  
conscri-  
pta cap. 84

Quæ de *Herminsula* Hildesi, à saltu vicino *der Hilles* appellati, refert prolixè Joh. Letznerus, & ex eo Meybomius in *Irmensulam* suam retulit, prolixiora sunt quàm ut verbotenus transferri huc possint; summa hæc est: Carolum, destructâ statua *Herminii* tunc *Idoli*, columnam, æquè ac *Idolum* à Saxonibus veneratam, ad *Visurgim* transtulisse, & ubi *Corbeja* est nunc, defodi curasse. Quod tamen contra fidem veterum *Annalium* dicitur, qui uno calamo *Irmensulam* ejusque fanum destructum scribunt. Mortuo *Carolo*, à *Ludovico*, cum *Corbejam* ad *Visurgim* conderet, iterum inventam, & ut Saxonibus occasio relabendi ad *Idololatriam* removeretur, ultra *Visurgim* deportari jussam: Saxones id rescivisse, insecutosque fuisse milites *Imperatoris*, trajecto *Visurgi* aggressos esse eos, pugnatum pro recuperanda, & abolenda *Irminsula* hinc inde: octo *Cæsareanos* occubuisse, quibus *Cruces* & *Capella* propè viam positæ; locum velitationis *Irmensulam* vocatum, & pagum paulatim ibi conditum, qui *Equestri Stockhemiorum* familiæ hodiè paret. *Cæsarianos* tandem victores *Irmensulam* ad *Inneram* devexisse, ubi *Ludovicus* in *Hilleshemia* ornandâ *Basilicâ* totus erat occupatus; in novum templum *Irmensulam*, prius lustratam, & à vitiis, quibus in

fano



fano Gentili inquinata erat, interventu  
 piarum precum expiatam, cum tripudio  
 Imp. induxisse, & ante Presbyterium, vul-  
 go Chorum, collocasse, ubi & hodie con-  
 spicitur formâ, quam depictam exhibet  
 Meybomius in Herminfula, ferendis lumi-  
 naribus, quæ feriis solemnibus accendun-  
 tur, inservientem. Illam neglectam ante  
 paucos annos D. Aschium Canonicum in-  
 novari curasse, leguntur versus in eâ in-  
 sculpti, sequentes.

H. Meyb-  
 natus  
 Lemgo-  
 viæ in  
 Westro

SIC. FRUCTUS. VESTRI. VESTRO. SINT. GLO-  
 RIA. PATRI.

NE. DAMNENT. TENEBRÆ. QUOD. FECERIT.  
 ACTIO. VITÆ.

JUNCTA. FIDES. OPERI. SIT. LUX. SUPER-  
 ADDITA. LUCI.

Vidi eam, altitudo est undecim pedum,  
 circa basin quadrata duarum ulnarum, ma-  
 teria lapidea auro hinc inde tinctâ. Sed  
 hæc magis fabulæ, quam historiæ similia  
 esse, quis non videt? Quis contra veteres  
 Scriptores credet, columnam servatam à  
 Carolo, cum fanum & statuam destruxif-  
 set? Quis credet, cum Ludovicus timeret,  
 ne Saxones ad Idololatriam Herminfulæ  
 relaberentur, eam trans Visurgim curasse  
 deferri clanculum, statim autem expiatam  
 publico & sacrato loco exposuisse, ubi Sa-  
 xones quotidie eam cernere, seque pro-  
 sternere ei, eamque adorare poterant? Imo

F 2

quis



Placc.  
Profess.  
Hamburg

Libr. 2.  
Orig. Sa-  
xon.

quis credet, cum Carolus Synodum non ita diu ante hoc factum Francofurti habuisset, in eaque imaginum cultum, in conciliabulo Nicæno secundo à Græcis stabilitum, damnasset (quod satis ostendunt libri ejus contra imagines, genuini certè, ut multi invictis argumentis probarunt, imprimis Doctiss. Dalæus in tractatu de Imaginibus, quorum exemplar genuinum editum Parisiis seculi superioris anno quadragesimo nono à Johanne Tilio Meldensium Episcopo, sub nomine Eli Philii, ut alii jam observarunt, & cum iis Clariss. Placcius in detectione Scriptorum Anonymorum & Pseudonimorum, vidi in Bibliotheca olim Doctoris præsidisq; mei, jam Syndici Clarissimi Reipubl. Bremensis viri æterni colendi G. von Mastricht,) nunc statim contra illam Synodum templum Hildesheimiense Idolis foedasse, & quidem talibus, quæ ex ethnica Saxonum superstitione venerant? Credat Judæus apella. Singularis est Georg. Fabricii sententia, referentis, Statuam Irmensulam memoriæ & vetustatis causa Eresburgi diligenter adservatam fuisse usque ad tempora Ottonis M. & ejus jussu, bello civili Dankmariano confecto, inde ablatam; nec singularia hæc tantum, sed etiam contraria sunt relationibus antiquorum, qui destructam uno ore à Carolo referunt Irmensulam.



menfulam, contraria quoque sunt firmis-  
simis & quasi juratis propositis Caroli, vo-  
lentis abolere Saxonum Idololatriam, eos-  
que ducere ad Christi fidem. Imo Auctor  
vitæ C. M. scribit Carolum Magnum vo-  
visse, nullatenus se Saxoniam five West-  
faliam egressurum nisi prius plena ejus-  
dem loci ac Idoli ad laudem ac gloriam æ-  
terni ac Veri Numinis subversio facta hinc  
integrum triduum demolitioni impensum  
fuit, rem totam narrat Henricus de Her-  
vordia addens Regem Idolo destructo  
Wyseram fl. accessisse, ibique acceptis  
XII. obsidibus à Saxonibus recessisse

Sic omnia verti.

Cernimus atque alias assumere nomina **Ovid. XV**  
gentes **Metamorph:**  
Nunc humilis veteres tantummodo Tro-  
ja ruinas  
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.  
Clara fuit Spartæ, magnæ viguere My-  
cenæ  
Nec non & Cecropis nec non Amphio-  
nis arces  
Vile solum spartæ est, altæ cecidere My-  
cenæ  
Oedipodoniæ quid sunt nisi nomina  
Thebæ  
Quin Pandioniæ restant nisi nomina  
Athenæ  
Sic ubi olim stetit Pergama jam fluctuant  
aristæ. **F 3** **CA-**



## CAPUT XIX.

*De more sacrificandi, cultu, ac thesauro Herminsulae nostrae.*

Plaut. in  
Poen. Act.  
2. v. 10. &  
11. & ali-  
bi.

**N**il de modo cultûs nobis iterum referunt veteres; nisi quod mentionem faciant auri & argenti in fano inventi, & Paterbornam à Carolo translati sicque donariorum, testimonia ejus rei in superioribus jam sunt ex Aventino & Francicis Scriptoribus allata; Exempla obvia in antiquitate, maximè in fanis Æsculapii; meminit moris Lucianus in Philopseude: Vestigia moris, indicat Plautina Phrasis, *Adire manum Veneris*. Neque res Christianis ignota, maximè ab illis temporibus, quibus sancti invocati, & imagines in templa locata. Forte aurum illud aliaque donaria, ex spoliis hostibus detractis & ereptis, fuerunt *Irmensula*, ut Jovi Feretrio Saxonum, à ducibus aliisque devota. Ex traditione antiqua inhæret incolis opinio defossi adhuc hodie in Monte *Hermensburg* auri, nec id in manus Caroli M. pervenisse. Itaque auri sacra fames sæculique nostri avaritia, inimitabili, sed inutili labore, sæpius fondendo spolia hæc opima investigavit. Vidi ipse exesa rubigine fragmina & grandia Saxa à ruspatoribus hisce thesaurorum eruta, utinam tantum auri pondus! Sed an hoc propitium vel iratum Numen negaverit

rit



rit nescio; credo interim magis veteribus Francicis Scriptoribus, qui ante octingentos & quod excurrit annos, hos thesauros Carolo M. addixerunt. Indè certū anathemata totius Westfalix huc delata, & anathematis Idolum cultum. Addunt recentiores excursus Eresburgum, item Sacrificia. Gobelinus sæpius laudatus. *In loco prædicto concursus pro sacrificiis, ipsi Idolo faciendis, ea omni regione fiebat, à veneratione locus ille Eresberg, id est Mons venerationis dictus.* Paria habet Aventinus: *Erat, inquit, Templum Hermionis Saxonibus vetusta religione augustissimum, quo frequens populus coibat, & vota reddebat. Multa ibi opulenta regum populorumque visebantur munera, ingens auri argentique copia ibi ostendebatur: quæ vota aduentium grata voluntas congesserat.* Habemus itaque varia cultus genera, decursiones, festos dies, vota, preces, sacrificia, anathemata. Meybomius ex incolarum relationibus, partim ex veterum schedarum monumentis, huic fano sacerdotes addicit magno numero, utriusque sexus, ex quibus foeminae fortibus divinatoriis ad Oracula excudenda, abdita & abstrusa eruenda, susceptorumque negotiorum exitus prænoscos, viri sacrificiis hostiisque offerendis vacarunt, & pagis, quos *Gowen* no-

Aventin.  
Annal.  
Bojor.

Henric.  
Meybom.  
in Irmenf.



minabant, constituerunt iudices, *Gowgraffen* appellarunt. Sed quia sine auctore hæc profert, ut dubia ei relinquimus.

## CAPUT XX.

*Epilogus.*

**H**Abes hic Lector humanissimè quæ ex antiquitate colligere, & ex collectis congruè conijcere potuimus de *Hermiensburgo* ejusque ruderibus, ex quibus nobiscum Heroïs *Harminii* adhuc immortalis virtus loquitur: Habes hic quoque de *Hermiensful* seu *Herminii* Columna ejusque situ, loco, cultu, fano & fato, quæ invenire & conijcere potuimus: abstulit eam fatalis senectus & omnia consumens tempus, sepelivitque eam Carolus M. restituiimus quantum potuimus, nunc iterum perennabit *Harminius* in Monumento, quod ipsi hostes, præsertim Tacitus in perennioribus suis ære & saxo Monumentis, non ex antiquâ formulâ L. M. Q. sed in vitus posuit, & nos ei refigimus.

HAR.



HARMINIUS  
 ABSCENDENTIBUS ROMANIS  
 ET PULSO MAROBODUO,  
 REGNUM ADFECTANS,  
 LIBERTATEM POPULARIUM ADVERSAM HA-  
 BUIT:  
 PETITUSQUE ARMIS,  
 QUUM VARIA FORTUNA CERTARET,  
 DOLO PROPINQUORUM CECIDIT;  
 LIBERATOR HAUD DUBIE  
 GERMANIÆ,  
 ET QUI NON PRIMORDIA  
 POPULI ROMANI,  
 SICUT ALII REGES DUCESQUE,  
 SED FLORENTISSIMUM IMPERIUM  
 LACESSIERIT;  
 PRÆLIIS AMBIGUUS,  
 BELLO NON VICTUS.  
 SEPTEM ET TRIGINTA ANNOS  
 VITÆ,  
 DUODECIM POTENTIÆ  
 EXPLEVIT:  
 CANITURQUE ADHUC BARBARAS  
 APUD GENTES;  
 GRÆCORUM ANNALIBUS IGNOTUS,  
 QUI SUA TANTUM MIRANTUR;  
 ROMANIS HAUD PERINDE  
 CELEBRIS;  
 NUM VETERA EXTOLLIMUS  
 REGENTIUM INCURIOSI.

Sexenium  
 postClad,  
 Varian,  
 Tacit. An-  
 nal. lib. 2.  
 cap. ult.  
 hoc de  
 Herminio  
 scripsit  
 elegantis-  
 simè,  
 five Annj  
 Christi  
 820





Samuel. lib. II. cap. XVIII.

v. 18.

**A**Bschalom autem statuerat sibi in vita statuam in convalle Regis, dicebat enim non est mihi filius, ut monumentum statuam nominis mei, Quapropter vocavit statuam de nomine suo. quæ vocatur *statua Absolonis* in hunc usque diem.



VICTORIA  
HARMINII

Cherufcorum Ducis

*uti ab ipsis hostibus,*

Tacito, Floro, Strabone,

Vellejo, Plinio, Svetonio, Dione, Caf-

fio, Seneca, Zonora, Orofio, Manlio,

descripta

*accessit disquisitio*

*Utrum post Vari & Ill. Rom. Leg.*

*illustrem cladem*

*Sive post mortem demum*

HARMINII

*Inclyta statua nostra Herminsul  
erecta sit.*



VICTORIA  
HARRMINII

III. Chalcidiorum Ducis

an die Stadt Leipzig

Tacito, Floro, Strabone,

Vellejo, Plinio, Suetonio, Diono, Cas.

Arto, Strabo, Plinius, Gellio, Martiali,

Horatio, Lucano,

Virgilio, Ovidio, Propertio,

Utriusque Varro, III. Rom. Leg.

illustratione

Stive post mortem decessit

HARRMINII

Inscriptio huius nostri Harrminii

creata in



VICTORIA

*Liberatoris Germaniæ*

HARMINII

Anno U. C. 762. Juliano 54.  
Christi 12. Dyonifiano seu vulgari  
nono, inter Luppiaë & Amisiaë fontes ad  
Teutoburgensim saltum re-  
portata.



ermania fæcunda illa belli-  
cosarum gentium procrea-  
trix, Europæ decus atque  
præsidium, nunquam He-  
roibus caruit, quorum re-  
bus gestis æternum apud omnes nationes  
sui sibi nominis famam, gloriamque acqui-  
reret, Verum ex omni memoria magnum  
in primis atque inclytum Harminii nomen  
est, clarius procul dubio futurum nisi in ea  
incidisset tempora quibus Germani face-  
re fortia, quam scribere malebant, neque  
Barditus sive carmina ista celeberrima qui-  
bus adhuc à tempore Taciti ad seculum us-  
que Caroli M. apud Germanos canebantur  
gentes, posterorum pietas conservavit,  
ideo omnem Harminii nostri memoriam  
famamque debemus hostibus scriptoribus  
Romanis qui dum clades gentis suæ anna-  
libus inseruerunt hujus quoque heroïs  
Vir-

Tacitus  
Ann. l. 2.  
Egint. vic.  
Carol. M.



Tacit. l. 2

Virtutes æternitati consecrarunt inter præstantissima autem elogia quibus ab ipsis hostibus deprædicatur, id omnium clarissimum præconium est quo *Liberator Germania* à Tacito celebratur.

Vellejus  
h. 1, 2.

I. Talem se patriæ exhibendo *Natura* & virtus contendisse videntur, erat enim teste Vellejo *Harminius* Juvenis genere nobilis, manu fortis, *Sigimeri* (*Siegesmehrer* *Victoriosi*) principi gentis ejus filius, ardorem animi vultu oculisque præferens assiduus militiæ nostræ prioris comes, (*in Germania scilicet & Illirico ante triennium bello*) & jam Civitatis Romanæ jus equestremque consecutus gradum, segnitiâ ducis in occasionem alacritatis usus est, haud imprudenter speculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret, & frequentissimum esse initium calamitatis securitatem. Cum enim *Quintilius Varus* post administratam *Siriam* Germaniæ cis Rhenanæ præfectus (*Sentii Saturnini* scilicet uti prius in *Syria* sic modo in *Germaniâ* anno *Juliano* 51. aut 52. successor) rebus ibi gubernandis susceptis instituit eam gentem subito transformare tanquam servituti subjectis imperare, pecunias uti à subditis exigere *Zonaras* lib. 2. eos subito ac penitus ab inveterata consuetudine revellere aggressus, superbe & avare ut *mancipiis* imperare voluit, *florus* lib. 4. ausus



ausus ille agere conventum & in castris se direxerat, quasi violentiam barbarorum & Licitoris virgis & præconis voce posset inhibere: de quibus longe clariora Vellejus.

II. Erat Quintilius Varus illustri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus ut corpore animo mobilior, otio magis castrorum quam bellicæ assuetus militiæ; pecuniæ vero quam non contemptor, Syria cui præfuerat declaravit; quam pauper divitem ingressus, dives pauperem reliquit: Is cum exercitui qui esset in Germania, præesset, concepit esse homines qui nihil præter vocem membraque haberent hominum quique gladiis domari non poterant, posse jure mulceri. Quo proposito medium ingressus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, jurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine trahabat æstiva, At illi quod nisi expertus, vix credebat in summa feritate versutissimi, natumque calliditate genus, simulantes fictas litium series, & nunc provocantes alter alterum injuria nunc agentes gratias quod eas Romana justitia finiret, feritasque sua novitate incognita disciplinæ mitesceret & solita armis discerni jure terminarentur in summam socordiam perduxere Quintilium, usque eo ut se præ-

Descriptio Vari  
Quintilii  
ex Vellejo lib. 2.  
Histor.

Q. Vari  
temeritas  
& fiducia.

to-



Florus 1.4

torem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præesse crederet. *Pergit Florus* at Germani qui jam pridem rubigine obsitos enses, inertesque mærerent equos, ut primum togas & sæveriora armis jura viderunt, duce Harminio arma corripunt, Quia vero Romanos milites apud Rhenum inter legiones ibi excubantes multos apud se in novis præfidiis versari videbant, palã tentare nil audebant, ideoq; *Vari* ita animum occuparunt, ut omnibus ejus jussis obediens viderentur Germani, proculque à Rheno ubi octo legiones commune in Trans Rhenanos Gallosque subsidium excubare solebant, relictis cæteris cum tribus legionibus totidemque alis & sex cohortibus quæque imperii robur erant in Cheruscorum fines ad flumen Visurgim quam Vellejus clade hac Romana nobilem dicit ad locum qui hodie ab ipso minus Illustri *Varo* ejusque castris nomen tuetur *Varenholtz*, abduxerunt, ulterius ab Harminio ejusque Cheruscis, Bructeris, Marfis invitatus ut pergeret ad Castellum Alifon ad Luppianam hodie Ellisen ubi jam ante stativa habuerant Romani, & Drusus in tutelam provinciæ exstruxerat qui & à Rheno ubi amplius quinquaginta castella direxerat usque cuncta novis limitibus aggeribusque permuniyerat, ibidem  
aram

Florus 1.4



aram exstruxerat de quibus antiquissimis monumentis studiosus patriæ aut Romæ antiquitatis legat Vellejum, Tacit: Dio-

Tacit. Ann.  
nal. lib. 2.  
cap. 7.

III. Cum jam Germani & maxime Harminius Varum in fines suos quantum-que Amisiam & Iuppianam inter, vastatum abduxerant, primitus summa in pace & amicitia erga eum viventes, in hanc opinionem ipsum inducere Germanos posse absque militum operâ in servitute contineri, itaque Varus neque milites, quod in hostico fieri debet uno loco continuit, & milites ex suis dedit hinc inde petentibus infirmioribus ad locorum quorundam præsidia, vel ad latrones comprehendendos. Erant inter eos qui conspiraverant præcipui infidiarum & belli duces *Harminius* germanicè *Heerman* & *Segimerus Siegesmehrer* hi cum Varo semper conversabantur adeoque sæpius epulabantur, duo autem fuere Segimeri alter Arminii ipsius pater, ut jam Vellejus docuit, alter segestis frater, uxoris Harminii patruus, ut Tacitus & Strabo tradunt. Hunc Segestis fratrem cum Harminio conspirasse credo quia *Sesitachus* ejus filius Q. Vari corpus inclusisse, legitur. Et quamvis Harminius præcipuus cædis Varianæ triumque legionum auctor sit, plures tamen tantæ rei

Dio lib. 6.

Tacit. lib. 2.  
Annal.

Strabo l. 7

Tacit. Ann.  
nal. lib. 1.

G

fo-



focios & adjuutores eum adscivisse ex Vellejo & Floro discimus.

**Vellejus.** IV. Primo igitur Harminius paucos, mox plures in societatem consilii recipit, opprimi posse Romanos & dicit & persuadet, decretis facta jungit, tempus insidiarum constituit, id Varo per virum ejus gentis fidelem clarique nominis Segestem indicatur: Erat Segestes iste, teste Tacito: non minus insigni in Romanos fide, quam perfidia Harminius ejus gener, Hic parari rebellionem sæpè alias, & supremo convivio post quod in arma itum aperuit: Suasitque Varo ut se, & Harminium & ceteros proceres vinciret, nihil ausuram plebem principibus amotis; atque ipsi tempus fore quo crimina & innoxios discerneret, Idem Tacitus sexennio post hanc cladem Germaniæ Segestem hunc (germanicè Siegestetz) ita loquentem inducit: *Ego raptorem filia mea, violatorem fœderis vestri Harminium, apud Varum qui tum exercitui præsidebat, reum feci, dilatus Segnitia ducis, quia parum præsidii in legibus erat; ut me, & Arminium & conscios vinciret, flagitari, testis illa nox, mihi utinam potius novissima! qua secuta sunt defleri magis quam defendi possunt: pergit Vellejus prævalebant jam fata consiliis omnemque animi ejus aciem perstrinxerant, Quippe ita se res habet ut plerumque fortunam mutaturus Deus consilia corum-*

**Tac. An.**  
nal. 1.

**Tac. An.**  
nal. 1.1.6.  
58.



rumpat, efficiatque quod miserrimum est, ut, quod accidit id etiam meritò accidisse videatur & casus in culpam transeat, negat itaque Varus spemque in se benevolentia ex merito aestimare profitetur, quod & Dio tradit: Ita fidebat rebus Varus, ut nil mali exspectaret ac non modo fidem omnem iis, qui rem ut erat suspicantes eum ut caveret sibi monebant, abrogabat: Sed eos etiam objurgabat quod frustra sibi timerent

Dio lib. 56

Mira fiducia Q. Vari.

V. Nam ut Dio repente ex composito primi quidam ex longius ab eo remotis Germani insurgunt, nimirum ut contra eos proficiscens Varus in itinere, cladi esset opportunior, cum se per amicorum regionem ire crederet, neve simul omnibus bellum subito moventibus sibi caveret, ac res quidem sic erat comparata: Nam & exercitum abducentem cohortati sunt, & ipsi tanquam legiones socias adparaturi, celeriterque subsidio venturi domi remanserunt, mox acceptis quæ certo quodam loco jam in promptu erant suis copiis Romanos primum milites quos ante imperatos quisque secum habeat occidunt. Tum in sylvis Varum jam in viis hærentem affecuti repente pro subditis hostes se ostendunt, mala Romano exercitui multa & gravia ingerunt, erant montes convallibus crebris intercepti & inæqua-

Dio l. 56.

Remotiores Germani Cherusci Marci Ambrosii primi insurgunt

Dio l. 56.

Varum in sylvis in viis aggreduatur.



les arbores densæ & immodicæ proceri-  
tatis quibus Romani & jam ante adven-  
tum hostium cædendis viamque parando  
& quæ opus habebant pontibus jungendo  
defatigati, fuerant, plures primo dies hic  
infumpti, currus autem & jumenta impe-  
dimentis ferendisque agebant ut in pace,  
sequebantur etiam non pauci, pueri, mu-  
lieres, atque calones magno numero quò  
ipse etiam iter magis incompositum face-  
re cogebantur, interim pluvia cum magno  
vento superveniens magis adhuc eos dis-  
sipabat solum lubricum ad radices & trun-  
cos arboris redditum, gressus quàm maxi-  
me lapsui obnoxior efficiebat, arborum  
denique fastigia confRACTA dejectaque imo  
& ipsum cælum & ardentia sidera eos per-  
turbabant teste Manlio lib. I. Astron.

Diol. 56.  
Pluvia &  
ventus  
magnus.

Quis ergo  
neget co-  
metas, et  
se signa  
bonorum  
Germanis

*Extremas modo per gentes ut fœdere rupto  
Cum fera Ductorem rapuit Germania Varum,  
Infecitque trium legionum sanguine campos,  
Arserunt toto passim minitantia mundo  
Lumina, & ipsa tulit bellum natura per ignes  
Opposuitque suas vires, finemque minata est.*

Pugnæ  
primæ di-  
ci non

VI. His difficultatibus conflictatos  
tum Romanos Germani undequaque, si-  
mul per densissimas ipsos silvas ( quippe  
callium periti ) confertati circumvenere :  
Ac initio eminus tantum impetiere post  
cum nemo se defenderet multi vulnera-  
ren-



rentur cominusque congressi sunt nempe nullo ordine promiscuo, inermesque Romani proficiscentes, neque coire inter se facile poterant & singuli à pluribus cum invaderentur multa incommoda, nullo hostibus reddito patiebantur locum modo ibi ut in monte silvis obsito opportunum nacti, castra fecerunt, majoreque curruum & quibus carere possent impedimentorum parte combusti aut relicta magis ordinato postridie progressi sunt in locum nemore vacuum, ne hoc quidem sine suorum cæde. Hinc iterum in silvas inciderunt & cum ab invadentibus hostibus se defendere conarentur, haud parum hoc ipsis ad cladem contulit, loco enim augusto orbem volventes, ut confertim equites simul peditesque in hostem incurrent, non parum partim à se ipsis partim ab arboribus impediabantur. Is tunc dies eis in itinere consumptus, & iterum effusus imber ingensque ventus sic eos adorti sunt, ut neque procedere, neque consistere firmiter possent, usu quoque armorum ipsis adempto sagittis pilis scutisque madentibus & ideo nulli commodi, usus ea hosti quod levioris plerique erant armatura & aggredi regredi tuto poterant, minus accidebant

VII. Jam etiam aucti numero Germani erant, cum permulti hæctenus ambigui,

procul A.  
lison ho-  
die Eli-  
senj ad  
Luppian.

Secundo  
die ad  
Teuto-  
burgens.  
saltum in  
campis  
mox in  
ipso saltu  
pugnata  
vocatur  
hodie  
Teuten-  
berg ubi  
non pro-  
cul Teute-  
mal.

Tertia &  
postrema  
pugna &  
Romano-



cum cedes  
 intra Hor-  
 nam &  
 Theit-  
 malle in  
 Campo  
 Victoriæ  
 hodiè  
 Winfeld  
 non pro-  
 cul à Teu-  
 toburgens  
 si saltu  
 in quo  
 Reliquiæ  
 Vari legi-  
 onumque  
 is in se-  
 pultæ po-  
 stea dice-  
 bantur.

Tac. An. I.

Tac. An. I.  
cap. 61.

vel solius prædæ nomine se illis adjunge-  
 rent; eoque facilius Romanos qui suorum  
 multos prioribus cladibus amiserant, &  
 circumdabant & trucidabant, Hinc Va-  
 rus aliique primates jam acceptis Vulne-  
 ribus cum metuerent, ne vel in hostium  
 potestatem vivi venirent vel ab infensissi-  
 mo hoste interficerentur, sibi ipsi manus  
 intulerunt, rem duram quidem, necessa-  
 riam tamen ausi, horum audito morte ne-  
 mo jam etiam eorum quibus robur suppe-  
 tebat, se defendit, sed alii Ducis sui exem-  
 plum imitati sunt, alii armis abjectis cædi  
 se præbuerunt nam fugere nemo quidem,  
 etiamsi maximè vellet, poterat, itaque nul-  
 lo jam impediante metu, viri omnes equi-  
 que cædebantur

IIX. Huic stragi lucem clariorem  
 suppeditat Taciti narratio cum de *Germa-  
 nici* in eas partes expeditione sexennio  
 posthac ita scribit; *Ductum agmen* ad ul-  
 timos Bructerorū quantumque Amisiam,  
 (Ems) & *Luppian* (Lippe) amnes inter,  
 vastatum haud procul Teutoburgiensi sal-  
 tū (Teutenberg) in quò Reliquiæ Vari Le-  
 gionumque insepultæ dicebantur Igitur  
 cupido Cæsarem invadit solvenda supre-  
 ma militibus cum Varo occisis, permoto  
 ad miserationem omni qui aderant exer-  
 citu, ob propinquos, amicos, denique ob  
 casus bellorum & sortem hominum præ-  
 mis-



misso Cæcina ut occulta saltuum scrutare-  
 tur, pontesque & aggeres humido palu-  
 dum & fallacibus campis imponeret ince-  
 dunt mæstos locos, visuque ac memoriâ  
 deformes prima Vari castra latô ambitu,  
 & dimensis principiis, trium Legionum  
 manus ostentabant (nempe ut Lipsius hic  
 quoties plures Legiones uniti castris, prin-  
 cipia suæ cuique legioni descripta in qui-  
 bus aquila & signa item principia majora)  
 dein semiruto vallo, humili vossa accisæ  
 jam reliquiæ confedissee intelligebantur  
 medio campi qui hodie Winfeld alben-  
 tia ossa ut fugerunt, ut restiterant, dis-  
 jecta vel aggerata, adjacebant fragmina  
 telorum, equorumque artus, simul trun-  
 cis arborum antefixa ora, lucis propinquis  
 barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac pri-  
 morum ordinum centuriones mactave-  
 rant, & cladis ejus superstites pugnam aut  
 vincula elapsi, referebant *Hic cecidisse le-  
 gatos; illic raptas aquilas (hodie insignia Im-  
 perii Germanici) primum ubi vulnus Varo  
 adactum, ubi infelici dextra & suo ictu mor-  
 tem invenerit quo tribunali concionatus Har-  
 minius; quot patibula captivis, quæ scro-  
 bes; utque signis & aquilis per superbiam  
 inluserit, Igitur Romanus qui aderat exer-  
 citus, sextum post Cladis annum, TRIUM LE-  
 GIONUM OSSA nullo noscente alienas reli-  
 quias an suorum humo tegeret omnes ut*

hodie Del-  
brüggen.

Campus  
hodie  
Winfeld

Tac. An. 1.  
cap. 61.



conjunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, mæsti simul & infensi condebant primum extruendo tumulo cespitem cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos, & præsentibus doloris socius, vestigia Romanorum tumulorum, prope *Heese* & *Schottmar* in viciniâ Teutoburgiensis saltus adhuc conspicua.

Vellejus  
Patercul.  
lib. 2.

Florus 1, 4  
cap. 13.

IX. Pergit Vellejus: Ita Exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps marcore Ducis perfidia hostis iniquitate fortunæ circumventus; cum ne pugnandi quidem egregia occasio, in quantum voluerat data esset miseris, castigatis etiam quibusdam gravi pæna, quia Romanis & armis usi fuissent; inclusus silvis paludibus insidiis ab eo hoste ad internecionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem ejus nunc ira, nunc venia temperaret. Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit. Quippe paterni (*in acie Philippensi*) avitique (*in pharsalicâ sive Africâ*) exempli successor se ipse transfixit: *addit Florus: Q. Varus* perditas res eodem, quo Cannensem diem paulus & fato est & animo sequutus, Nihil illa cæde per paludes, perque silvas cruentius, nihil insultatione barbarorum intolerabilius; præcipuè tamen,



men, in caufarum patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os futum, recifa prius lingua quam in manu tenens barbarus, *Tandem inquit vipera sibi-lare defifte*: Audiendus hic etiam Seneca **Seneca Epist. 47<sup>a</sup>**  
 Variana Clade quam multos splendidissime natos fenatorium per militiam auspicientes gradum fortuna depreffit alium ex illis custodem pecorum, alium custodem Cafulæ Germania fecit, neque dubito quin adhuc in gente rustica Westfalix superfint qui stirpem & progeniem Cæfarum vel familias Romanas Consulares & Patricios attingant, *cum multa adhuc Cognomina in gente Westfalica cum Romanis conveniant* & nuspiam in Romanâ historiâ legatur, quod captivi isti è Germania Romam reversifuerint. Causam tantæ cladis Dio refert breviffimè, Vos **Dio Cæf. fuis hist. Rom. LVI**  
 Romani causam rebellandi eo præbuiſtis, quod ad custodiendos greges vestros non canes, non pastores, *ſed Lupos* miſiſtis in Germaniam.

X. *Proſequitur Vellejus*: At è præfectis **Vellej. l. 2<sup>a</sup>**  
 caſtrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius tam turpe Cejonius prodidit, qui cum longe maximam partem abſumfiſſet, acies, auctor deditioſis ſupplicio, quam prælio, mori maluit. At Volumnus (Vala Numonius rectius legitur) Legatus Vari cætera quietus ac probus di-



- ri auctor exempli, spoliatum, equite peditem relinquens fuga cum alis Rhenum petere ingressus est, quod factum ejus fortuna ulta est, non enim desertis superfuit sed desertor occisus est, *Vari* corpus semiustum (an à Romanis?) hostilis laceraverat feritas, caput ejus abscissum, latumque ad Marobodum in Bohemiam, & ab eo missum ad Cæsarem simul ad Tiberium gentilitii tandem tumuli sepultura honoratum est, *addit Vellejus* cum in captivos sæviretur, à Germanis, præclari facinoris auctor fuit *Caldus Calius* vetustate familiæ suæ dignissimus, qui complexus catenarum, quibus vinctus erat seriem, ita illas inlisset capiti suo, ut protinus pariter sanguis, cerebrique profluvio exspiraret.
- Vellejus**  
**lib. 2.**
- Idem *Vari* corpus *Sesithacus* (*Sehr Sitzig*) *Segimeri* (*Siegesmehrer*) filius inluisse refert Tacitus, neque aliter *Florus* ipsius quoque Consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat effossum signa & aquilas duas Germani possident, Tertiam, prius in manus hostium veniret, evulsit, merfamque intra baltei sui lateribus gerens, in cruentâ palude sic latuit quam Germanicus cum modico præsidio servaretur in luco apud Marsos recuperavit ob hæc recepta signa arcus propè ædem Saturni Romæ erectus dicatusque & nummus cusus, cujus typum æri incisum
- Tac. An.**  
**lib. 1.**  
**Florus lib.**  
**IV.**
- Tac. An.**  
**lib. 1.**
- Tac. An.**  
**lib. 2.**
- infra



infra exhibebimus: Erant autem aquilæ præcipua Romanæ militiæ signa quæ in omni legione in prima semper cohorte præferri & in castris ante prætoriam figi solebant, nec prius movebantur quam universus exercitus egrederetur & captatis auspiciis in prælium abiret

XI. Hujus Inclytæ cladis locum Varii scriptores pro Varo amore patriæ mox huc mox illuc falso transtulerunt uti plenius supra in Herminsula nostra ostendimus, verum si Romanis scriptoribus testibus inter Amisiam hodie *Ems* & Luppiam hodie *Lippe* amnes, ad Teutoburgensem saltum hodie *Teutenberg* prope Alifonem hodie *Elsen* in campo magno hodie *Winfeld* quasi Victoriæ Campus, Q. Varus cum legionibus ad internecionem trucidatus sit, certe ipsa nomina & pervetusta loci monumenta loqui videntur & ipsa locorum notatio illud ipsum subolet verissimum ac certissimum victoriæ hujus locum, esse neque alium assignari posse quam in campis ad Teutoburgensem saltum, medium inter *Teutmal* & *Hornam*, ubi omnia expressa à Tacito, Vellejo, Floro, Strabone, Dione, vestigia manifeste representat situs, ac nomina sua vetera ac patria etiamnum gloriose tuentur loca, exhibet & adhuc hodiè *Horna* gladios ensesque

vide supr.  
cap. 3.

ve-



Hic etiam  
Feld-Rom  
sive Röm-  
merfeld.

vetustos Quint. Varo qui perperere necem quos & poeta *Sabinus* vidisse in Westfalia gloriatur, supersunt adhuc in iisdem finibus Tumuli Romani ex cespite facti apud *Hese & Schottmar* non procul ibidem paludes fallaces campi, imò pontes hodie *Delbrugge* de quibus omnibus Tacitus, Reperta hic avorum nostrorum memoria varia arma, signa, & numismata Romana, Julii Cæsaris Augusti & *P. Q. Vari* Duum-Viri aliorum imagines exhibentes, quarum effigies aliquas æri incisas cum non parum ad illustrandam veterem historiam faciant, hic curioso lectori communicamus, addidimus nummum *Harminii* in pede montis *Harmiensburg* olim effossum, an verus sive fictus tu ipse lector judicabis, quamvis enim majores nostri montium viscera nō crudeli scrutati sint avaritiâ nummorū tamen usum didicerunt ab Romanis, imò Romani *procuratores* monetæ *Treviris* constituerunt in Germaniâ quorum mentio extat in lapidibus apud *Gruterum III. Virorum monetæ Treverica*, sic literæ illæ, quæ in antiquis monumentis leguntur *PT. R. & TRS.* innuunt *pecuniam Treviris signatam*, imò constat ex Tacito in Germania & quidem in agro *Mattiaco* venas argenti fuisse, nec è Græcis *Nonnus* ignoravit Rhenum fluere auro divitem, miror itaque cur dubitet Tacitus aurum & argentum

Tacit. An.  
XI. cap.  
XX.



tum an propitii Dii sive irati Germanis negaverint quum idem contraria in Annalibus suis testetur imo apud Gothos & Saxones effossi olim nummi cum pecore & inscriptione facta fuerint, sed veterum Germanorum res nummaria densis tenebris jacet involuta quum *Germani* eo ævo literarum secreta plurimi negligerent & Romani exiguum notitiam Germaniæ habuerint. Quantum ad Romanos nummos hic imperfectè exhibitos, dentibus enim ævi vitiatos esse scias, *Publ. Quint. Var. II. Vir* num dux ille in saltu Teutoburgensi occisus sive Criticus ille Varus sit, quem deplorat Horatius in odis, non certe constat: *August. Buthr.* de hac Augusti Colonia quæ Buthrothum traduxit lege Plinium hist. nat. IV. *Augustus Pontifex. Maxim.* inter *Cajum & Lucinum* filios adoptivos, Imperii successores designatos *Colonia Gemella Accitana Leg. V.* Accis urbs Hispaniæ Boëticiæ, signa militaria cum aquila docent colonos veteranorum utriusque legionis *V. ferrata & Viëtrici* hinc dicitur *Gemella* ab Augusto in hanc *Julii* patris ad supplementum deductos, plura non addam de numismatibus hisce quum Amicus noster vetus, Vir multijuga eruditione celeberrimus Christian. Henninius, Academiae Duispurgensis Antistes atque decus in Gazophylacio suo nummario pro more suo facundissime ac doctissime explicabit illa: In-



*per ar nūmni  
in Campo WINFELD olim effossi*



*Harminio  
liberator Germ.  
Tacit Libro  
Annal: 2  
in pede Montis  
Harminij effossus*



*Canitūrg barbaras  
apud gentes  
Tacit libro  
Annal: 2  
et principi Waldec.  
Censi Oblatus.*



*Augustus Caesar Cūm  
iradisset Coloniā  
Būthrotū m*



*Aquila Legionaria nūmni hic  
inter duo signa militaria in Campo ad  
Luppianā Effossus*





Interim si *Germanico Imperatore* in hisce finibus placuerit vanum tropæum cum *superbo titulo* erigere, fas erit mihi hoc loco interjungere Monumentum quod longè modestiori titulo Illustr. Ferdinandus præsul Paterbornensis (qui eleganti ore suo Romano atque nobilitate suâ, dudum Romanis solus compensavit quicquid illis ubique æternæ detrimenti fuit in Westfaliâ nostrâ,) sacrum fecit cladi Varianæ Tumulisque III. Leg. Romanorum

EN UBI ROMANÆ CLADIS MONUMENTA SUPERSUNT

VARUS ET HARMINIO STRATUS AC HOSTE JACET

ET CAMPO IN MEDIO NOTUM VICTORIA NOMEN \*

SERVAT ADHUC NOSTRIS INCLYTA TEMPORIBUS

AUSPICII RAPUIT PUBES GERMANA SECUNDIS

IMPERII GEMINAS NOBILE PIGNUS AVES \*  
DESINAT EUPHRATES PARTHOS MEMORARE TRIUMPHOS

CLARIOR EST CÆSO LUPPIA QUINTILIO  
REDDIDIT ILLE JOVI CRASSORUM SIGNA LATINO

HIC AQUILAS VICTOR POSSIDET EQUUS SUAS.

\*winfeld,

\* Aquila  
hodie in  
signis  
Imperii

Ger-



*Germanice.*

Des Heerführers Quintilii Vari  
und dreissig tausend Römer Nie-  
derlage auff dem Winfeld  
Denckmahl.

Siehe hie den Siegplatz der Römer  
Niederlagen/

Hier liegt von Fürst **Serman**/  
Quintilius geschlagen/

So/das der grosse Sieg hie mit-  
ten in dem Feld

• Noch jetzt zu unser Zeit den **alten**  
**Nahm'n** behält.

Sie hat die Teutsche Macht ihr **Wa-**  
**pen** erst bekommen/

Da sie durch tapffre Faust zweyen  
Adler weggenommen/

Es rühme **Phrat** nicht mehr der  
**Parthen** Siegestrantz/

Die **Lippe** durch **Varus** Schlacht  
erwirbet grösser Glantz.

Denn jener läst den Raub den **Rö-**  
**mern** wiederfahren/

Da jecho **Teutsch-land** noch ihr  
**Adler** thut bewahren.

XII. Post



XII. Post hanc cladem Harminius Romanorum munitiones quas Drusus quinquaginta extruxerat quarum reliquiae *Moguntiacum, Antoniacum, Bonna, Colonia Ubiorum Durnomagus Ordinga, Castra vetera,* invadit, & occupatis destructisque variis transRhenanis ad Alifonem hæret, Receperat se in eam L. Cæditius quem etsi acriter obsedit non hoste, qui obscuram noctem nactus, clandestina fuga se subduxit, castello vero potitur unde in spes amplas erectus, Vacillarunt etiam gentes non tantum *transRhenani* sed etiam cis sitæ Belgæ, vicina tot legionum strage Consteratae usque adeo ut Segismundus (Segensmund, os benedicens) filius Segestis, Harminii fratris sacerdos apud aram Ubiorum, audita hac clade ruperit vittas profugus ad rebelles. Erat ara hæc *Augusto Casari* exstructa sicut & Lugduni alia etiam à *Druso* eidem dicata, & ad utramque sacerdotes ex primoribus gentis ut Tacit. Annal. I. Vacillantium cis Rhenum sitarum gentium animos confirmavit Asprenas Vari nepos & ad Rhenum legatus qui ad *vetera castra* ubi hodie oppidum *Santenense* est, reputetur constitisse uti pluribus Vellejus Augustus Cæsar auditâ hac atroci clade *Varianâ*, excubias per urbem indixit ne quistumultus existeret, vovit & magnos ludos Jovi optimo Max. si rem-

H publi-



Sueton, l.  
c. Dio lib.  
56.

publicam in meliorem statum vertisset, adeoque namque Cæsar consternatus fuit, ut per continuos menses barbâ capilloque summisso, caput interdum foribes illideret, vociferans: **QUINCTILI VARE LEGIONES REDDE**: diemque cladis quotannis mæstum ac lugubrem haberit.

XIII. Harminius interea Teutonicam & Cimbricam militiam Italiæ minatus & procul dubio effectum dedisset, si in focero Segeste cujus filiam Thusneldam (*thus schnell agilis*) alii pactam rapuerat, fides fuisset, interim tacilè illum sustinuit, ab hoc comprehensus vinculis constringitur sed mox populari tumultu liberatus, licet talione se ultus sit, tamen rei commodè gerendæ occasiones perdidit, auctis etiam cum Segeste simultatibus bello civili implicitur, uxorque Harminii ab eo alienata à *Germanico* captiva Romam ducta Tummelicus dictus (*tummel dich*) qui Ravennæ educatus puer, Harminium super insitam violentiam, Rapta uxor, subjectus servitio uxoris uterque recordem agebant: volitabatque per cheruscas arma in Segestem, arma in Cæsarem poscens neque probris temperabat: *Egregium patrem! Magnum Imperatorem fortem exercitum!* quorum tot manus unam mulierculam avexerint. Sibi tres legiones totidemque legatos pro-

Tac. Ann.  
lib. 1. c. 59.



procubuisse. Non enim se proditione, neque adversus gravidas foeminas, sed palam adversus armatos bellum tractare, cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana quae diis patriis suspenderit; coleret segetes victam ripam, redderet filio sacerdotium: hominem Germanos nunquam satis excusaturos, quod inter Albim & Rhenum virgas & secures & togam viderint.

XIV. Altero qui Cladem Varianam secutus est anno M. Aemilio & Stabilio Tauro Consulibus omni apparatu adversus Harminium Germanosque in sumptum bellum idque à Tiberio & Germanico illatum superbè de hac expeditione scriptorem Vellejum legas, Verum si Svetonium & Dionem addes vanus assentatione sua Vellejus videbitur, neque certè adeo gloriosa hæc Tiberii expeditio, quippe cum ad Rhenum perveniret, hæsitavit cum exercitu, & ex metu an flumen transfret aut quo se verteret incertus, ita æstas in otio consumpta. Postea Cæsar ut Harminii impetum sisteret, Germanicum cum VIII. legionibus & XV. mil. auxiliorum misit ad ultimos Bructerorum inter Lippiam & Amisiam amnes nihilominus Harminius illis fortiter resistit, Ducemque horum Cincinnam in ingens discrimen conjicit, Hunc enim cum progressus cū exercitu noctu teruerat dira quies: Nam *Quintilium Varum*

H 2

san-

Tacitus  
An. 1. 6. 65.



*sanguine oblitum, & paludibus emersum, cernere & audire visus est, velut vocantem non tamen obsecutus & manum intendentis reppulisse. Cæpta luce Harminius irrumperet Germanos jubet, clamitans. En Varus & eodem iterum fato victæ legiones! nec fefelisset vox hæc neque somnus Cæcinnæ, Verum cum nimium Inguimero (ein gut Meyer) patruo veteri auctoritate apud Romanos claro auscultat, castra Romanorum magis animosè quam feliciter oppugnat, non tamen hinc timidi facti Germani, secuta enim de Carivialda Batavaro victoria, secutus denique cum Germanico in Campo Idistvasio (ödeste Wiese) prælium intra Mindam & Oldendorp quo avorum nostrorum memoriâ cæsis fæderatis Hameliana clades visurgim nobilitavit, fatalis certè cladium locus cum & olim Wittekindus Carolum M. ibidem superaverit & adhuc hodie colles hic & prominentia montium saltusq; de quibus Tacitus situs clarissimè repræsentat, notabile etiam quod Harminius cum Flavio fratre in castris Tiberii milite hic ad visurgim conloqui oravit, quod cū permissum, statim post salutationem interrogavit fratrem qui oculum paucis ante annis per vulnus amiserat, unde ea deformitas oris? ille locum & prælium referente; quodnam premium recepisset? exquirat, Flavius aucta stipendia, tor-*

*queum*

Tac. An. 2.  
cap.

Tac. An. 2  
sep. 10



queum & coronam aliaque militaria dona memorat, irridente Harminio *vilia servitii pretia*: Exin diversi ordiuntur & paulatim inde ad jurgia prolapsi quò minus pugnam conferent, ne flumine quidem interjecto prohibebantur ni Stertinius accurrens plenum iræ armaque & equum poscentem Flavium attinisset, posteris diebus Germanorum acies transvisurgim stetit ubi infæliciter pugnatum quamvis enim duo auxiliaria Romanorum agmina fusa, Cherusci tamé victi & à collib<sup>o</sup> detrusi sunt, Harminius manu, voce vulnere sustentaverat pugnam, faciemque cruore fædaverat ne nosceretur, eo usque constans perseveraverat, donec à Gallicis & Vindelicis cohortibus circumventus vix corporis nisu & equi impetu pervasisset, hinc Romani ad visurgim tropæum signis collatis excitarunt, contumelia hac accensi Germani prælio ambiguo Romanos denuo aggressi pugnatum usque in Vesperum, Tandem Victoribus Romanis *Germanicus* ad visurgim congeriem armorum struxit, superbo cum Titulo: **DEBEL-** **LATIS INTER RHENUM ALBIMQUE** **NATIONIONIBUS EXERCITUM TI-** **BERII CÆSARIS EA MONIMENTA** **MARTI ET JOVI ET AUGUSTO SA-** **CRAVISSE**, de se nihil addidit metu invidiæ sive ratus conscientiam facti satis esse.

H 3

se.

Tac. An.  
cap. 2332



se. Hæc clades uti Germanos ad spem novi belli ita Germanicum ad eos ulterius coercendos erexit, Verum Marfis vastatis, miles in hyberna ad Rhenum ductus & Germanicus à Tiberio Romam redire ad decretum Triumphum monitus est: Triumphavit C. Cælio & Pomponio Coss. ad VII. Kalend. Junii Anno V. C. 770. in hoc Triumpho ait Strabo Illustria virorum ducta sunt corpora, vecta spolia & simulacra montium, fluminum Germanorum, simul & uxor Harminii, ejus filius trimus Tumelicus, Sesithacus Segimeri filius, Uccromiri Battorum principis filia, & Lybis Cattorum Sacerdos alique mortales ex direptis gentibus protracti & Cherusci Catti, Bructeri: Triumpho hujus superbi memoriam habent numismata hæc ænea in agro Santensi apud *Castra vetera* olim effossa.

Tac. AD, 2  
cap. 41.

Strabo l.  
VII.

Brouerus  
An. Trav.  
lib. 1.



SI-





SIGNIS RECEPTIS DEVICIT GERMANIAM. Nummum hunc triumphalem *Germanici* quum Doctissimus Goëtzius, Rector Lipstadiensis elegantissime in Dissertationibus suis de Numis explicaverit ad eas ut brevis sim. lectorem remittere volui C. V. T. T. COLONIA. VICTRIX. TOGATA. TARACCO. Q. P. Corn. Dolabella & C. Junio Silao Coss. in Germaniam missus eam de populatus fuit & Harminium Q. Vari Victorem reprimere tentavit, Quamobrem ab exercitu Imperator

H 4

V.

SI-



V. proclamatus est, uti hic nummus indicat, Taracconenses Hispani ideo Tiberio gratulantes, lauream tanquam hostium Victori percusserunt, in altero nummo Germanicus & Drusus ut imperii successores exhibentur, sed uterque veneno sublatus est: Quam vana autem hæc numismata, Triumphique superbi sit inscriptio facile prudens intelligit, Itane debellatæ nationes inter Rhenum & Albim, quando nec Drusus nec Germanicus ripam Albis adire ausus? quando nulla pars Germaniæ inter Rhenum & Visurgim in provinciæ formam redacta, & quantum restabat ibidem non visum Romanis? sed tumidæ hoc Romanorum gloriæ & blandimentis Tiberii tribuendum est.

XV. Quod reliquum vitæ Harminii fuit, inter insidias & perpetua pericla traduxit, nam si Tacito credimus ad necem ejus *Adgandrestius* Cattorum princeps venenum postulare à Romanis non erubuit. Abscendentibus enim Romanis & pulso Marobodo, Bohemorum Rege, regnum affectaverat, sed cum multi ad invisum nomen regis exhorrescant quod id libertati inimicum exitiosumque arbitrentur ita Harminius adversam popularium libertatem habuit, & cum virtute frangi non posset æternum hocce Decus Germaniæ dolo propinquorum cecidit, postquam



quam septem & triginta annos vitæ & duodecim potentiaë expleviffet. Post mortem Liberatoris Germaniæ Harminiū quum Cherufci victoribus Cattis in prædam cederent improspere quæfitum fanguine principis fui libertatem viderunt, Nam quod Cornelius Nepos de Thebis testatur illos cum Epeminonda furrexiffe & concediffe, mihi de Cherufcis non abfimiliter affirmare lubet, eos quamdiu Harminius præfuit Reipublicæ decus fuiffe totius Germaniæ post ejusdem autem interitum amiffiffe & potentiam & gloriam & exiftimationem, fequutum enim eft quod Tacitus memorat in latere Cauchorum Cattorumque Cherufci nimium ac marcentem diu pacem illaceffiti nutritierunt idque jucundius quam tutius fuit quia inter impotentes & validos falfo quiefcas ubi manu agitur, modertiâ ac probitas nomina fuperioris funt, ita qui olim boni æquique Cherufci nunc inertes & ftulti vocantur & notanda hic è Claudio Epitheta qui mox immanfvetos moxingentes, Cherufcos vocat: Non mirum igitur fi defideratus post mortem HARMINIUS, fi memoria ejus facrata carminibus, quæ ab ævo Taciti ufque ad Carolus M. tempora apud Germanicas gentes canebantur, imo quod illuftrem

**Cornel.**  
**Nep. in**  
**Epim.**

**Tacit. de**  
**moribus**

**Claud. de**  
**bello Ger-**  
**mic. & pa-**  
**neg. III.**

**Annal. in**  
**f. ult.**

H 5

ipfi



ipsi statuum posteris ad exemplum grata  
Germania erexerit quam *Herminsuel* ve-  
teres Saxones dixere ut is qui PATRIÆ  
AC LIBERTATI MULTUM GLORIÆ  
VIVERET SEMPER.





DE  
**STATURA  
WITTEKINDI.M.**

Ang. & Sax. Ducis

HIRMENSULÆ DEFENSORIS

&

**CAROLI MAGNI**

Reg. Franc. & Imp. Germ.

HIRMENSULÆ VASTATORIS

*Curiosa Dissertatio*

Ubi disquiritur utrum ob rerum gestarum  
celebritatem sive ob corporum magni-  
tudinem

**MAGNI**  
cognominati] fuerint.



DE  
STATERA  
WILHELMID.M.  
HIRMENSULE DEFENSORIS  
&  
CAROLI MAGNI  
Reg. Franc. & Imp. Germ.  
HIRMENSULE VASTATORIS  
Carole Dissertatio  
Ubi disputatur utrum ob terminum  
celebratum huc ob corporum  
terminum  
MAGNI  
cognominat[ur] fuerit.





De

# STATURA

## WITTEKINDI MAGNI.

I.

**S**I jucundares Venatoribus ex ungue leonem agnoscere, & digna res speculatione habitata pythagoræ summo philosopho, longitudinem Herculanianæ corporis è plantæ ejus indicio indagare, ut Plutarchus & Gellius tradiderunt, cur non de *Westfalico Hercule* Saxoniamque libertatis propugnatore acerrimo WITTEKINDO MAGNO, idem inquirere nobis opere pretium videatur, Quum Carolus IV. & Otto III. Imperatores visendi gratiâ staturam ac imaginem *Wittekindi Magni*, in mausolæo ejus Angariæ expresso, eò diverterunt, hunc cum oris quadam eximia elegantia non vulgari corporis staturâ & proceritate fuisse, non tantum ex constanti per aliquot secula famâ, verum etiam ex communi consensu Historicorum accepimus, Et cum omnia in eo magna fuerint, neque hoc ornamentum ei defuisse satis credibile videtur, cum ipsa ossa Wittekindi à Monasteriensibus olim

Her-



110 De Statura Wittekindi M.

Hervordiensibus ablata, nunc vero restituta non exiguae staturae principem fuisse arguant, vel minimum non degenerantem à communi habitu reliquorum corporum Germanicorum, quae magna ac immania fuisse, Mela ac Tacitus referunt, allusit & Manilius l. 4.

Est stupefacta suos inter Germania partus.

**Tacit. de  
moribus  
German.**

II. Nec vero est quod miremur Tantam corporum magnitudinem ac robur in Germanis si mores spectemus Veterum, Teste Tacito: *Sera juvenum Venus eoquo inexhausta pubertas, nec virgines festinantur. Eadem juvena, similis proceritas, pares validique miscentur.* Discere autem hinc omnino est, majores nostros non nisi exrobustis jam & aetatis plenae parentibus esse genitos, quod profecto plurimum ad corporis consequendam proceritatem in natis fecit, nec latuit hoc ipsum & Corn. Tacitum qui statim addit, *ac robor a parentum liberi referunt* verissimum itaque illud Horatii lib. 4. od. IV.

**Jul. Caes.  
Comment.**

Fortes creantur fortibus & bonis  
Est in juvenis, est in equis patrum  
Virtus: nec imbellem feroces  
Progenerant aquilae columbam.  
Præter hæc haud parum ad insigne illud incrementum juvit *victus* de quibus Julius Cæ-



Cæsar neque multum frumento, sed magnam partem lacte ac pecore vivunt, multumque sunt in venationibus, quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione & libertate vitæ, quod à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant & vires alit, & immani corporum magnitudine homines efficit, *idem lib. VI. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos fuerunt laudem hoc ali staturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant intra annum vero vigesimum notitiam femine habuisse in turpissimis habent rebus*, Eadem ferè confirmat Tacitus: *In omni domo nudi ac sordidi in hos artus in hæc corpora quæ miramur excrescunt*: Et sane ex hisce quæ sunt allegata nemini non liquet, quam idonea fuerit antiqua illa vivendi ratio amplificandis corporibus & alendis viribus: Hinc non mirum quod *Wittekindus Magnus* non vulgari corporis statura & proceritate fuerit sicuti omnes veteres Germani, & quamvis moderatus huicce staturæ, excessus si ex ossibus iudicium ferre licet, concedatur, prodigiosam tamen altitudinem, quam alii fingunt tam in *Wittekindo* quam in *Rulando* merito negamus, neque unquam natura talem vastissimam molem carneam produxisse affirmamus, Sic Davidis

Tacit. de  
moribus  
Germanæ



vidis tempore Goliathi staturæ VI. cubitorum pro Gigante â habita fuit quæ tamen ne hodie quidem staturæ nostræ adeo magnus excessus est;

III. Novi olim reperta esse in *spelunca Baumannianâ & Svvelmianâ* non procul *Eberfeld* grandia ossa quæ accolis persuaderunt fuisse olim homines in Germania giganteâ magnitudine præ reliquis præditos, verum ingentium belluarum ad has cavernas olim fugitivarû ossa fuisse facilius crediderim quâ humana, quum & vulpes speluncam hanc accolis detexisse fertur, & affirmat Svetonius *fuisse Capreis immania belluarum ferarumque membra prægrandia que dicantur gigantum ossa*, & certum est rusticorû narrationes mirabilium, parum sæpe habere ex vero, Interim cum sumus opifex & conditor rerum in hac *spelunca Svvelmianâ* omnipotentiam & sapientiam suam nobis conspectiorem esse velit, digna ut de tanto vastitatis antro apud plures aliquid certi constet, vidi illud olim atque observavi ex continuo saxo esse natura non arte cavatum, angustum os habens quod duobus ferreis januis clausum quibus olim domus adjuncta quæ à Gallis pulvere nitrato sublata, caverna tamen illæsa mansit, vix plures uno antrum simul intrare nequeunt, extendit autem mox illud sese

Sveton.  
in Augst.  
c. 27.

Descripti  
Speluncæ  
Svvelmia-  
næ incolis  
Clācere  
dicitur.



fese latissimè, atque longissime ita ut nullus sit qui ad finem pervenerit, quamvis per totos dies & tot milliaria cum facibus & filo Ariadnæo in illo erraverit, in eadem hac speluncâ saxa stillant guttas, quæ decidendo lapidescunt, si pendent varias ludentis naturæ figuras exhibent, hujus lapidis frustula pendula cum admiratione decutiunt & efferunt ii qui antrum intrant, & calculum solvere credunt, temporibus belli calamitosi spelunca hæc fideliter incolis montium, cum à natura apta sit capiendis millenis hominibus, conclavibus cubilibusque distincta sit, inservivit, Nam cum per os illud angustum unicus saltem sit introitus, unus rusticus montanus averruncandis multis cohortibus militum fuit aptus, fontes piscinasque habet, buccinatoribus respondent tonitrua ex caverna, uti ex veterum Amicorum Doct. Abrah. Teschenmacheri, Medic. Pract. apud Colonenses Clarissimi, & D. *Stockenii*, J. U. D. Swelmiani relationibus fidelissimis accepi, de ossibus autem ibidem olim repertis nullam fecerunt mentionem.

VI. Causas vero cur à statura sua veteri recesserint Germani, supra quasdam enarravi, ultiores si desideres in Apocrypho Esdræ ab ipso angelo loquente

I

disce;

Hesdræ  
IV. c. V.  
52.



disce; *Interroga inquit eam, quae parit, ut dicat tibi, & dicito quare quos nunc paris, non sunt pares prioribus, sed minores statura? illa enim dictura est tibi, alii sunt qui in juventutis robore & alii qui sub tempus senectutis, deficiente matrice sunt nati, considera tu ipse quoque, minore statura vos esse, quam ii qui antecesserunt vos: & qui post venturi sunt, minores fore vobis jam senescentibus creaturis & robur juventutis praeirentibus.*

**Reisnerus**  
in Op.  
Genealog  
& Chryt.  
in Sax.

vid. Go-  
belin. in  
Cosmod.  
atal. c. 38.

V. Ut redeamus ad *Wittekindum* nostrum, ipse eorum opinionibus accedo, qui non tantum ex statura corporis ipsum magnum sed ex rebus gestis, imo ex potentissimis ac illustrissimis familiis ab eo conditis *Magnum* dictum putant, de Græco Hercule refert Tacitus: *Quicquid ubique magnificum de eo referre consensimus neque aliter de Hercule Germanico sive Wittekindo judicandum censeo, notum enim quam latam quam illustrem posteritatem reliquerit, neque Saxoniae Duces solum & ex illis quinque Imperatores Germani ab illo originem trahunt, verum etiam Brunsvicenses, imo Valesii & Bourbonii Duces in Gallia, Duces Subaudiae in Allobrogibus, Marchiones finarii in Italia, Duces Bavariae Sveviae & Corinthiae, Comites Oldenburgenses, Lippienses, de quibus ad-*  
huc




huc Hamelæ ad visurgim in pervetusto Saxo Ecclesiæ leguntur sequentia, *ANNO DOMINI DCCCII. Bernhardus Comes, inferius CHRISTINA COMITISSA REGNI ANGARIÆ de OSTEN, fundarunt hanc Ecclesiam, Imo quod magis ab WITTEKINDI Angriariâ sive Angrivariâ tota Anglia Anno Christi 448. cum Angrivarii à Britannis in auxilium evocati & ibidem commorati, nomen suum traxisse gloria- tur Beda, scriptor Anglicus, temporibus illis vicinus, vocantur adhuc hodie Anglo Saxones: Ex quibus omnibus patet nomen, facta, corpus & patriam Wittekindi magnam esse & quod hinc merito Wittekin- dus M. ab historicis appellatus sit, itaque cum Cæsare Carolo Calvo & OTTONE III. placuerit, tanti Ducis imaginem in mausolæo Angrivariæ videre. Dabis & mihi veniam curiose Lector ut in lucem, omniumque conspectum tanti Herois fortissimi & tot familiarum illustrium conditoris imaginem, ab ejus monumento sculptam, hic exhibeam.*

Crantzæ  
lib. IV.  
Sax.



*Effigies Willekindi Westfal: et Angarorum  
Ducis ubi in Vico ENGEREN in monumento  
Sapeo Conspicienda*



OSSA VIRI FORTIS. CUIUS. SORS. NESCIA. MORTIS.  
ISTE. LOCUS. CLAUDITE. UGE. BONE. SPIRITUS. AUDIT.  
OMNIS. MUNDATUR. HUNC. CRECEM. QUI. VENERATUR.  
ÆCRIS. HIC. MORBIS. CELI. REX. SANAT. ET. ORBIS.  
*Leopold Woltemahle Schulp.*



Longitudinem hujus cippi haud minorem novem palmarum esse observavi, facies admodum decora, parum longiuscula est, cum mento raso & naso plano, Regiam majestatem vultus imo corporis ac animi sagacitatem magnitudinemque præse fert, manum dextram erectam tenet, sed ut medius digitus indicem ex adverso premat, falsum autem est illum fuisse curvum, sive notam naturalem fuisse curvitatē digiti Wittekindi, quum sculptoris culpa hoc vitium digito inditum esse clarè videamus. Præter hæc, monumentum hoc ornant varia insignia, inter alia tamen notandum quod vetustissimum Westfaliæ insigne pullum equinum atrum, in candidum Wittekindus mutaverit, quum post tenebras in lucem venisset, unde multi ab hoc *Weiß-faalen* candido equo, *Westfaliam* denominatam putant. Occubuit vero hic Inclytus heros Wittekindus noster, Anno vigesimo secundo, postquam ad flumen Lippiæ, adstante Imperatore Carolo Magno sacri baptismi lavacro fuisset ablutus, in prælio cum Geroldi Suevorum Duce, vivente adhuc Carolo M. Quod si juxta effatum gloriosissimi Imperatoris Justiniani, qui ita ceciderunt in æternum vivere per gloriam intelliguntur, vivit sanè vivetque **MAGNUS WITTEKIN-**

Crantz. l.  
2. ca. 24.

RTIS.  
DIT.  
ATUR.  
BIS.



DUS, quam vitam ipsi nec fors nec mors,  
nec ulla calamitas aut invidia adimet, &  
sola convertet *eternitas*.

VI. Ceterum Angaria & arx Witte-  
kindi post ejus fatum diu mansit in pote-  
state posterorum Wittekindi, post tem-  
pora Henrici Leonis autem tota *Angaria*  
cum arce & vico Wittekindi Lippiensium  
Comitum hæreditaria facta fuit possessio.  
Cum autem ex hisce *Simon* Bernhardi filius  
magna damna & vastationes Osnabrüg-  
gensibus inferret, ipsi se opposuit *Ludovi-*  
*cus* Comes Ravensburgensis Præsul Osnab-  
ruggensis, & cum varia fortuna certa-  
rent, tandem Simon Comes Lippiensis  
captivus Osnabruggam deductus, ubi eo  
usque detentus, donec Angariensis & Rhe-  
densis arx funditus destructa esset, quod-  
cum acerbum illi videretur, per sex annos  
consensum denegavit, à fratre tamen  
*Bernhardo* persuasus ut in duras hæc con-  
ditiones consentiret, quibus præstitis li-  
beratus, & Anno 1305. die *S. KILIANI*  
*Schôtmarie* pacta subscripta, in cujus me-  
moriam nundinæ adhuc ibidem celebran-  
tur, fide jussores intervenere Otto Comes  
de Tecklenburg, Albert comes de Swa-  
lenberg affinis ejus, Johannes comes de  
Bentheim, Balduin de Steinforde, sic ergo  
Angriæ & Rhedensis arces vetustissimæ  
solo

Crantz.  
in Saxon.



solo æquata, & sedes Comitis Simonis *Fal-*  
*kenburgum* translata. Dicta autem *Angaria*  
 ab Germanico *Anger* pascuum, sic *Marfi*  
 à fundis feracibus, Germanice *Marsche* &  
*Bructeri* à palustribus locis Germanice  
*Brucker*. Posthæc ipsa præfectura Anga-  
 riensis Ravensburgensibus non multa pe-  
 cunia oppignorata quo titulo illam hæres  
 illorum Dux Clivensis, & deleta illius stir-  
 pe, Serenissimus Elector Brandenburgi-  
 cus, hujus successor hæreditarius, possi-  
 dent, consuetudines tamen monetarum,  
 ponderum, mensurarum, servitutum ru-  
 sticarum & rituum cum Lippiensibus ad-  
 huc communes retinent.

Reinerus  
 Reinec-  
 cius in  
 monum.  
 Wittek.

VII. Quantum ad staturam Caroli  
 Magni Regis Francorum, & primi ejus no-  
 minis Imperatoris Germaniæ ex Anna-  
 libus constat, habuisse Carolum M. vir-  
 gam auream staturæ suæ certissimum mo-  
 dum, testis est Sangallensis quidam Mona-  
 chus, sed qui sua è relatu Adalberti cujus-  
 dâ qui Saxonico Caroli bello interfuerat,  
 ejusq; filii sacerdotis Weremberti acce-  
 pisse refert, addens quendam Germaniæ  
 Episcopum ita *ambitosum fuisse ut virgam*  
*auream incomparabilis Caroli, quam ad sta-*  
*tum suum fieri jussit, diebus feriatis vice ba-*  
*culi ferendam, ille pro Episcopali ferula am-*  
 I 4 *biret.*



*biret.* Talem baculum sive hastam auream in Cimeliachejis Palatinis olim asseruatam, litteras hasce argento nitidissime inscriptas habentem, idque caractere ævi Carolini sive Francici, testis oculatus Doctissimus Freherus

KARLUS IMPR. IUSSIT CUBITUM  
ISTUM FACERE JUXTA MENSURAM  
SUAM


Quid cubitus sit docet Papias Lexico, scilicet pedem & dimidium, Cubitus Geometralis sex nostros habet cubitos, quod forent novem pedes artificiales nimirum, at Caroli hasta septempeda est, nihilominus cubitum vocare voluit, quod factum eadem licentia, qua ulnam pro ipso casamo mensurali magis quam genere mensuræ in Germania accipitur, superest ut pedis Carolini modulum statuamus haud paullo certiore raticionatione quam illa Pythagoræ, ille enim ex Herculis pede corpus sibi imaginatus fuit, nos ex corporis certa mensura, pedumque certo numero, unum facile metiemur, cubito Caroli in septem æquales partes diviso, quod accurrate secundum Freheri descriptam hastam *CAROLI*, fecimus, & semispedis Carolini certam figuram hic ad  
mar-



marginem clarissimè descripsimus, ut curiosus antiquitatis scrutator uti ex unguè leonem sic ex septem pedibus secundum hanc figuram formatis, Caroli M. longitudinem intelligere possit, Hinc facilè patebit, Carol. M. nil adeo portentosum insolens sive vastum cum fabuloso *Ru-lando* ejus consanguineo, in corpore habuisse, uti Turpinus Remensis Episcopus refert, *statura ejus erat in longitudine octo pedum suorum scilicet qui erant longissimi*: Extat adhuc Stadtbergæ antiquissimâ statua Caroli M. Impr. saxea, Superest etiam *Corbeia* & *Osnabriggæ* sigillum annuli Carolini sub privilegio Ecclesiæ Anno DCCCIII. Largito, in quibus nihil extraordinarium sive portentosum ex figura observare licet, cujus effigiem uti nunc est affabre designatam sequente pagina proponimus.

SEMIS PEDIS CAROLI MAGNI, UNIUS E SEPTEM MENSURA.





VIII. Quæ omnia faciunt ut Eginhardi ejus alumni & Secretarii, potius fidem habeam descriptioni Caroli M. quæ ita se habet: *Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti quæ tamen justam non excederet, nam septem suorum pedum proceritatem ejus, constat habuisse figuram;* Neque est quod miremur Carolum nomen *magnum* habuisse quoniam id omni tempore usitatum fuit, ut si quis prisca ævi, clarissimis heroibus factis par fuerit similis etiam nomine esse voluerit, sic Alexander, Julius Cæsar, Severus à rebus gestis, quidam *magni* quidam *Maximi* nomen usurparunt, Carolum vero ideo primum *Magnus* dictum alii volunt, quia omnium Cæsarum conatus in Saxonia veteri

Eginh. in  
vit. | C. M.



teri subigenda, eamque Religionem imbuenda supergressus, super hæc, quia iustitiæ tam Magnus patronus fuerit ut semper in aula præ se ferre curaverit gladium nudum cum literis D. P. C. C. A. D. C. *Decem præceptorum custos Carolus à Deo constitutus*, oblitus tamen horum verborum puto, cum hyemis tempus ageret in Westfalia & natalem Domini *Luidi & Schydroburgi* ad Ambram hodie Ember celebrasset, nam hinc abiens *Rimam* Jus occultum Westfaliæ, germanicè *Behem* corruptè *Behm Gericht* propter pertinaciam Saxonum introduxisse fertur, quod durissimum!

IX. Mirum autem cum Eginhardus à capite ad calcem usque Carol. M. depingat, quod barbæ nullam mentionem faciat, hinc plurimi eruditissimi Viri in eam hæresin prolapsi, Carolum M. non pavisse barbam, sed puro mento fuisse, quibus assentiri nequeo, nam si non ex sigillo modo exhibito contrarium constaret, ex Annalibus Francorum clarissimè liquet apud Francos promissam barbam intonsumque capillum Regiæ olim nobilitatis insigne fuisse, & testatur idem Eginhardus, quod opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui *Majores Domus* dicebantur, fuisset, neque regi aliud relictum esse quam ut regio nomine tantum contentus crine profuso, barba sum-

mis-



**Aimon.**  
l. 1. c. 20.

**Arrianus**  
in Epi&.

*missa, solio resideret, ac speciem dominatus effingeret,* Aimonius refert quod Alaricus juxta morem antiquorum Francorum barbam *Clodovai* Regis tangens adoptivus sit factus ei pater; Imo adeo sancta veteribus Francis barba capillusve fuit ut referente Abbate Uspergenfi Carolus M. Pipinum filium suum ad *Luitprandum* Regem Longobardorū misisset pro tondenda cæsarie & barbâ quis igitur crederet Carolum M. nudum ac effœminatum vultum habuisse, quis tanto heroi notam certam roboris ac virium, barbam scilicet negaret, vix enim fiet, si medicis fides habenda est, ut is fortis corpore sit, qui non barbatus, neque parum conferunt barba ac capilli ad hominis mores & dignoscendum quicquid sub pectore clausum gerat, nam sane motum in ipsa barbâ capillisve videmus, arigereque conspiciuntur si quid homini generoso acciderit quo perturbetur: Virgilius, *steteruntque coma!* Verissimum itaque quod quam majestatem vultus Caroli Magni eandem quoque gravitatem masculam os præ se tulerit, neque tamen barbam longam ac prolixam more hircorum, sed more Francorum, summissam aluisse, credo, qua specie in sigillo antiquissimo Osnabrugensi conspicitur cujus ectypum supra communicavi. Idem testatur aureus nummus grandiusculus in beatissimi

mi



mi Electoris Palatini Cimeliarcheio Berolinum nunc translato, ubi barbatus vultus imperatoris cum tali inscriptione: CAROLUS MAGNUS ROM. IMP. ET FRANG. REX. in postica, figura conspicitur templi Aquisgranensis, circumscriptum iisdem literis FUNDATOR TEMPLI S. MAR. VIRG. AQUISGRANI. Quæ vero Schöbinger Jctus Sangallensis de sigillo refert, in quo Cæsar Carolus aureatus, ac barbatus exstasset, cum verbis: *Car. Mag. Augustus* parte averfâ in laureo fertulo, RENOVATIO REGNI FRANCICI non huc, sed ad Carolum Crassum spectare puto.

X. Non minor est contentio inter historicos de patria Caroli Magni, sunt qui eam in arce superioris Bavariæ Carlsberg dictâ, mirantur, nobis venerari placet tanti principis conceptionis locum *Vargula* ad flumen *Unstrad* & cunabula *Ingelheimi* in Palatinatu. De sororibus Caroli Magni quum Vir celeberrimus Tülemairus nostras, pro more suo elegantissimam dissertationem ediderit, nil addam, sed ut brevissim ad hanc lectorem curiosum remitto, sunt qui tres, nonnulli quinque quidam septem fuisse tradunt, ego potius credo integerrimo scriptori Eginhardo scribæ domestico Caroli, qui sequentia refert: *Erat Carolo unica soror Gisla nomine, à puellaribus annis Religiosa conversationi*

nun-



*nuncupata*, quam magna pietate similiter  
 ut matrem coluit, quæ etiam paucis ante  
 obitum illius annis, in eo, in quo conver-  
 sata est monasterio decessit, Ipse vero Cæ-  
 sar, Carolus Magnus Aquisgrani mortuus  
 ac sepultus, & nil plus ultra restat de tam  
 Magno ac fortissimo Duce, nisi cippus cum  
 exigua inscriptione: *SUB HOC CONDI-  
 TORIO SITUM EST CORPUS CARO-  
 LI MAGNI ET ORTHODOXI IMPE-  
 RATORIS, QUI REGNUM FRANCO-  
 RUM NOTABILITER AMPLIFICA-  
 VIT, ET PER ANNOS 46. FÆLICITER  
 REXIT.* Sic præter Famam ô vanitas!  
 nil de Magno hoc cæsare super est,  
 nisi cinis!

F I N I S.

ERRATA GRAVIORA SIC CORRIGE.

Pag. 20. lin. 1. pro quæ lege quam, pag. 33. pro ter  
 lege præter, pag. 34. lin. 22 lege Francici, p. 56.  
 lin. 20. lege laudati, p. 78. lin. 10. lege principis,  
 p. 85. lin. 10. lege combusta, & lin. 26. pro nulli  
 lege nullius, p. 86. l. 21. lege posthanc. p. 90.  
 lin. 18. lege Sefithacum, & lin. 19. lege filium,  
 p. 93. lin. 9. lega exiguum, p. 95. lin. 1. lege Im-  
 peratori & lin. ult. pro equus lege usque p. 98.  
 lin. 2. lege adeo, p. 100. lin. 14. lege Secutum,  
 p. 101. l. 22. lege Vesperam, p. 105. lin. 9. lege  
 concidisse, ibid. lin. penult. lege Caroli, p. III.  
 lin. 11. pro fuerunt lege ferunt, p. 112. lin. ult.  
 lege queunt.

Si alia occurrant inter legendum, benignus Lector  
 emendabit.

INDEX.





# INDEX

CAP. I. agitur.

- De origine Hirmensula ejusque Etymon.* pag. 5.
- CAP. II. *Causa enarrantur quare Liberatori Germania Harminio, grata patria statuam ac columnam erexerit, ubi cladis Varianae verissimus locus ex monumentis vetustis ostenditur.* pag. 8.
- CAP. III. *Refutantur scriptores qui ambitiosè tantum decus Varianae cladis sibi suisque locis absque ullà auctoritate asseruerunt.* pag. 12.
- CAP. IV. *Probaturnullas graviores ignominias Romanam accepisse quam ab Harminio ad saltum Tentoburgensem.* pag. 16.
- CAP. V. *Fatum Harminii nostri cum Macedonum Alexandro M. in omnibus fere aequale fuisse ostenditur.* pag. 20.
- CAP. VI. *Probaturn ex antiquissimis monumentis quod Germani suos Heroës soliti sint celebrare carminibus ac columnis.* p. 22.
- CAP. VII. *Quem heroëm illustris Hirmensula nostra representaverit.* pag. 25.
- CAP. VIII. *Refutantur auctores qui à Mercurio vel Marte originem illius dertvarunt, probatur ex Tacito illa nomina ac Numina Germanis Veteribus nequidem cognita fuisse.* pag. 29.
- CAP. IX. *De luco ac loco, sede ac fano inclyta Hermensula nostra.* pag. 31.
- CAP. X. *Ad Examen revocantur sententia Utrum Stadbergæ sive in monte Hermiensburg ad ambram Hirmensula nostra à Carolo M. destructa sit.* p. 34.
- CAP.



INDEX.

- CAP. XI.** *Probat ex monumentis Vetustis atque annalibus Francicis fanum Hirmensul non Stadbergæ sed potius in monte Hermiensburg extitisse.* p. 39.
- CAP. XII.** *Demonstratur Hermiensburg Hersburg, Ersburg, nil differre sed Synomina esse.* p. 44.
- CAP. XIII.** *Conciliationem Variorum scriptorum in se continet qui mox Stadbergam, mox Heresburgum, mox Hermiensburgum pro sede Hermiensulæ nostræ habent.* pag. 47.
- CAP. XIV.** *De temporibus quando columna hæcce illustris, Germaniæ liberatori Harminio, posita fuerit.* pag. 50.
- CAP. XV.** *De structurâ, figurâ, ac forma Hirmensulæ famosissimi Idoli vet. Germanorum.* p. 54.
- CAP. XVI.** *De scriptio Integre statuæ Herminsulæ, Ejusque fani celeberrimi pulchritudine.* p. 58.
- CAP. XVII.** *Quibus temporibus Hirmensula nostra fano fuerit inclusa.* p. 63.
- CAP. XVIII.** *De fato Hirmensulæ ejusque demolitione.* p. 65.
- CAP. XIX.** *De More sacrificandi cultu ac thesauro Hirmensulæ.* p. 70.
- CAP. XX.** *Restituitur ex Tacito Harminii saxo æreque perennius Monumentum, ejusque æterna laus ac gloria.* p. 72.
- CAP. XXI.** *In appendice disquiritur utrum post cladem inclytam Varianam, sive demum post mortem Harminii statua Herminsul erecta sit.* p. 77.
- CAP. XXII.** *De Statua Wittekindi M. Defensoris ac Caroli M. Vastatoris Hirmensulæ.* p. 109.

F I N I S.



ue an-  
berga  
p. 39.  
burg,  
p. 44.  
m in  
sbur-  
nsula  
g. 47.  
hecce  
fue-  
g. 50.  
nsula  
p. 54.  
sula,  
p. 58.  
ostra  
p. 63.  
noli-  
p. 65.  
auro  
p. 70.  
ere-  
laus  
p. 72.  
cla-  
rtem  
p. 77.  
oris  
109.







T  
Bn 29/4


ULB Halle 3  
004 772 784  


UBA

M. 5.











ri  
tr  
H  
tu  
si  
fu  
qu  
gl  
ej  
a  
P  
M  
tu  
p  
m  
v  
H  
in  
fo  
ba  
q  
g  
d  
q  
se  
o  
r  
n  
p



**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



iam con-  
is, forte  
s ac vir-  
Genero-  
stris in-  
ationem,  
taris &  
stre sane  
um genus  
adversus  
i Achillis  
quod Sta-  
atumque  
m ab Ho-  
Illustrius  
vos sicuti  
locorum,  
tate, res,  
datas ha-  
vicissim  
a tropaea  
stat, vin-  
gatis, ad  
riores es-  
Quod  
servave-  
sac defi-  
evo sem-  
d intimis  
su-

